

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliae Super Ezechielem**


**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 1496**

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313454)







R. 6.







Dg 81

AN 643 H 7938  
AN 644 H 7946  
AN 645 H 7988  
AN 646 H 7966

**Expositio beati Grego-  
rij pape super Ezechie-  
lem in omelias.**

(2)



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



**Prefatio beati Gregorij pa-  
pe in Omelias super Ezechielē  
prophetā feliciter incipit.**

**D**ilectissimo fratri Mariano  
episcopo: Gregorij episco-  
pus: seruus seruorum dei:  
omelias que in beato Eze-  
chiele ppheta: vt corā po-  
pulo loquebar: excepte sūt  
multis curis irruētibus in abolitōe reli-  
querā: sed post annos octo petētibus fra-  
tribus notarioꝝ scedulas req̄rere studuit:  
easq; fauente dño transcurrens in quantū  
ab angustijs tribulationū licuit: emenda-  
ui. Tua itaq; dilectio: has sibi ad legen-  
dū mitti poposcerat. Sed valde incōgruū  
credidi vt aquā despiciabilē hauriret: quē  
cōstari de beatorū patrū Ambrosij atq; au-  
gustini torētibus profunda ac perspicua  
fluenta assidue bibere. Sed rursū dū co-  
gito qđ sepe inter quotidianas delicias:  
etiā viliores cibi suauiter sapiūt: transmi-  
si minima legētī portioꝝ: vt dū cibis gros-  
sior velut pro fastidio sumis: ad subtilioꝝ  
res epulas anidius redeat.

**Explicit prefatio:****Expositio beati Gregorij pa-  
pe in Omelias super Ezechielē  
prophetā feliciter incipit.****Omelia I**

**D**ei omnipotētis aspira-  
tione de Ezechiele pro-  
pheta locuturus prius  
debeo tempa et modos  
aperire pphetic: vt dū  
accessus eius ostendit:  
virtus melius cogno-  
scat. Prophecie tempa tria sunt: scilicet:  
preteritū presens et futurū. Sed sciendū  
est qđ in duobus tēpibus prophecia ethy-  
mologia perdit: quia cū prophecia dicta  
sit deo qđ futura predicat: quādo de pre-

terito vel presenti loquit: rationē sui no-  
minis amittit. Quoniam non prodit quod  
venturū est: sed vel ea memorat que trās-  
acta sunt: vel ea que sunt. Que tamē tria  
pphete tempora verius loquimur: si ex  
sacre scripture testimonijs ostendamus.  
Prophecia de futuro est. Ecce virgo in  
vtero accipiet et pariet filiū. Esaie. 7. ca.  
Prophecia de preterito est. In principio  
creauit deus celū et terrā. Gen. 1. De illo  
em tempore dixit homo: quo nō erat ho-  
mo. Prophecia de presenti est: quādo di-  
cit Paulus apostolus. Si autē omnes p-  
phetēt intrat autē quis infidelis vel idio-  
ta cōuincit ab omnibus dijudicat: ab om-  
nibus occulta cordis eius manifesta sūt.  
Et ita cadens in faciē: adorabit dominū:  
pronūcians quod vere deus in vobis sit.  
1. Corinth. 14. Cū igit dicit: occulta cor-  
dis eius manifesta sūt: profecto monstra-  
tur: quia per hūc modū prophecie spiritus  
nō predicat quod futurū est: sed ostendit  
quod est. Quo autē pacto pphete dicat  
spiritus: qui nihil futurū indicat: sed pre-  
sens narrat? Qua in re animaduertendū  
est qđ recte prophecia dicit: nō quia pre-  
dicat ventura: sed quia p̄dit occulta. Et  
quippe quālibet sicut ab oculis nostris in  
futuro subtrahūt tempora: ita ab oculis  
nostris in p̄senti subtrahit causa. Ventu-  
ra etem res occultat in futuro tempore: pre-  
sens aut cogitatio abscondit in latere cor-  
de. Est etiā prophecia presens cū res que  
libet nō per animū: sed per absentē locū re-  
git: que tamen per spiritū denudatur. Et  
ibi fit presens pphetantis animus: vbi per  
presentiā nō est corpus. Nam giesi longe  
a ppheta recesserat: cū Naaman syri mi-  
nera percipiebat. Cui tamen isdem pro-  
pheta dicit:  
**B**onne cor meū in presenti  
erat: quādo reuersus est homo  
de curru suo in occursum tibi?  
Sciendū quoq; est: quia pphete tem-  
pora inuicē sibi concinūt ad probationē:  
vt aliquādo ex futuris preterita: aliqua  
B 2



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

do vero ex preteritis probent futura. **D**ixerat enim moyses: In principio creauit deus celum et terram. **Gen. 1.** Sed quis crederet quia verum de preterito diceret: si de futuro etiam aliquid non dixisset. In ipsius etiam libri fine in cuius exordio illa de preterito dixerat: aliquid propheticum per iacob vocem de venturis permisit dicens: Non feret scapulum de iuda: et dux de semonibus eius: donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio gentium. **Gen. 49.** Qui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat: ei quem dicebat populo prophetavit dicens: **Propheta suscitabit dominus deus vester: de fratribus vestris tanquam meipsum audietis. Erit autem quicumque non audierit prophetam illum exterminabit de populo. Deutero. 18.** Cur ergo preteritis ventura permisit: nisi ut dum implerent: ea que de futuro preterito vera dixisset? Quia itaque docuimus qualiter ex futuro prophetie probent preterita: restat nunc ut adhuc de sacris eloquijs ostendam quomodo in ipso prophetie spiritu ex preteritis probentur futura. Certe rex babilonicus cum somnium vidisset: misit ad magos et ariolos: omnesque sapientes babilonie conuocauit: nec ab eis solimodo interpretationem somnii: sed etiam somnium quesuit: ut nimirum ex preterito colligeret: si quid in eorum responsionibus de venturo certum teneret. Qui cum dicere nulla potuissent: daniel deductus ad medium est qui de interpretatione somnii et de narratione requisitus: non solum hoc respondit quod interrogatus est: sed ipsam somnii originem replicans dicens: Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post hec? **Dan. 2.** Et paulo post. Tu rex videbas: et ecce quasi statua grandis etc. Cuius vide licet somnii mox ut ordinem dixit: quicquid ex eodem venturum sequebatur aperuit. Penes semus ergo ordinem prophetie. A cogitationibus venit ad somnium: a somnio peruenit ad futura. Qui ergo ipsam ut ita dicam radicem somnii protulit: profecto ex preteritis probauit: quod vera essent que de futuris

diceret. Prophecia autem presentis temporis nec preteriti attestatio indiget: nec futuri: quia cum res occulta per prophetie verba detegit: veritate illius res ipsa que ostendit attestat. **Igitur:** quia de temporibus prophetie tractauimus: restat: ut de modis eius ac qualitatibus aliqua disseramus. Spiritus quippe prophetie: nec semper: nec eodem modo prophete animum tangit. Aliquando enim spiritus prophetie ex presenti tangit animum prophetantis: et ex futuro nequaquam tangit. Aliquando ex futuro tangit: et ex presenti non tangit. Aliquando vero ex presenti et ex futuro tangit. Aliquando autem ex preterito et presenti: atque ex futuro pariter animus prophetantis tangitur. Aliquando tangit ex preterito prophetie spiritus: nec tangit ex futuro. Aliquando autem tangit ex futuro: nec tangit ex preterito. Aliquando vero in presenti ex parte tangit: et ex parte non tangit. Sed hec ipsa si possumus eo ordine quo premissa sunt: sacre scripture testimonijis ostendamus. Ex presenti enim prophetie spiritus prophetantis animum tangit: atque ex futuro non tangit. Sicut iohannes baptista uenit tempore dominum uidentem ait: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. **Iohannis. 1.** Sed cum iam moriturus esset: missis discipulis requirebat dicens: Tu es qui venturus es: an alium expectamus? **Mathei. 11.** In quibus uerbis ostendit: quia in terris quidem uenisse redemptorem nouerat. Sed an per semetipsum ad aperendam inferni claustra descenderet dubitabat. Ex presenti enim prophetie spiritu tactus fuerat: qui humanitatem mediatoris uidentem et diuinitatem eius intelligens: confitebatur agnum: qui peccatum mundi tolleret: sed tactus ex futuro non fuerat: quia aduentum illius in infernum nesciebat. Aliquando vero prophetie spiritus animum prophetantis ex futuro tangit: atque ex presenti non tangit. Sicut aperte liber geneseos historia testatur. Cum Isaac filium suum Esau ad uenandum misit: cuius minoris filium ad benedictionem rebecca supposuit: qui



bedinis pellibus indutus: paterno palpa  
tui corpus fraternū finxit. Cui ille minoꝝ  
filio tanq̃ maiori bñdictionē dedit: quez  
q̃ ei lōge futura essent nūciauit: Gen. 27  
sed scire nō potuit q̃s esset qui corā se assi  
deret. Prophecie ergo spūs ex futuro p  
phetātis animū tetigit: atq̃ ex pñti nō te  
tigit: qñ caligātibus oculis pater z vētu  
ra p̃dicebat: z p̃sentē filiū nesciebat. Alt  
qñ pphetātis aīn ex pñti pariter: z ex fu  
turo tāgit: qd̃ exodē libro geneleos liqui  
do docemur. In illo q̃ppe scriptū est. Gen  
48. q̃ cū vite iam termino p̃pinquaret:  
Jacob z duos filios suos Ioseph fecisset  
assistere ante eū: vt ex bñdictionē illi<sup>9</sup> pos  
sent longe post futura p̃mereri. Cui ma  
iorē ad dexterā: minorē vero posuit ad si  
nistā. Cūq̃ ille oculis senectute caligāt  
b<sup>9</sup> nepotes suos q̃s p̃ior qui sue esset mi  
nor: hūano visu discernere nequaq̃ possz  
ductis in obliquū brachijs: dexterā manū  
minori: sinistrā maiori posuit: qd̃ dū cori  
gere filius vellet: ait: Non ita uenit pa  
ter: qz hic est p̃rogenit<sup>9</sup>. Audiuit. Scio  
fili mi: scio: z ille quidē erit in populos: z  
multiplicabit. Sed frater eius iunior: ma  
ior illo erit. Prophecie ergo spūs ex pñti  
pariter ex futuro pphetantis aīn tetigit  
dū Jacob z ventura nūciabat: z eos quos  
corporeis oculis videre nō poterat: ante se  
positos per spiritū discernibat. Sic achie  
pphete aīn ppheticē spūs: z ex pñti atq̃  
ex futuro tetigerat: cū caligātibus oculis  
eā que se esse aliā simulabat: z vxorē Iero  
boā esse cognouit: z qui eād̃ ei futurū esset  
aperuit dicens: Ingredere vxor Ieroboā:  
quare aliā esse te simulat: ego aut̃ missus  
sum ad te durus nūcius. Vade z dic iero  
boā: hec dicit dñs deus israel. Quia ope  
ratus es male sup̃ oēs qui fuerūt ante te:  
z fecisti tibi deos alienos: z cōstiles: vt  
me ad iracundiā puocares: me aut̃ pleci  
sti post corpus tuū: iccirco ego inducā ma  
la sup̃ domū Ieroboā. 3. Regū. 14. Ex  
p̃senti ergo atq̃ ex futuro pariter pphetā  
tis animū tactus fuerat: qui z ingredientē  
deprehēdere potuit: z ei vētura nūciare.

Aliquādo autē ex preterito z ex p̃senti: at  
q̃ ex futuro pariter animus tangit pphete  
tantis. Sicut elyzabeth ad se venire Ma  
riā conspiciens: qz incarnatū verbū gesta  
ret: in vtero agnouit: eāq̃ iam matrē dñi  
sui vocauit dicens: Vnde hoc mihi: vt ve  
niat mater dñi mei ad me? Luc. 1. De cu  
ius p̃ceptiōe per angelū quoq̃ ad Ioseph  
dicit: Quod est in ea natū est: de spūs san  
cto est. Math. 1. Que videlz elyzabeth  
dicit: Beata que credidisti: qñ perficien  
tur in te ea que dicta sunt tibi a dño. Lu  
ce. 1. Dicens est beata que credidisti: aper  
te indicat: quia verba angeli que dicta ad  
Mariā fuerāt: per spūs sanctū agnouit atq̃  
q̃ subūgens. Perficient ea que dicta sūt  
tibi a dño: que etiā eam in futuro sequerē  
tur p̃cuidit. Simul ergo de p̃terito z p̃ze  
senti atq̃ ex futuro per pphete spiritū ta  
cta est: que z eā p̃missionibus angeli cre  
didisse cognouit. Et matrē noians: qz re  
demptorē humani geueris in vtero pora  
ret intellexit. Et cū oīa perficiēda p̃edi  
ceret: quid etiā de futuro sequeret: aspe  
xit. Aliquādo vero ppheticē spūs ex p̃ze  
terito tangit animū: nec tamē tangit ex fu  
turo. Sicut in paulo aplo aperte ostendit  
tur: qui discipulis dicit: Nostī vobis fa  
cio fratres euangeliū qd̃ euangelizatū est  
a me: qz non est fm̃ homīes: neq̃ ego ab  
homīe accipi illud: neq̃ didici: sed per re  
uelationē iesu xpi. Gal. 1. Vnde alijs q̃z  
discipulis dicit: Scdm̃ reuelationē notū  
factū est mihi sacramentū. Ephe. 3. Qui  
tamē hoc ipm̃ euangeliū qd̃ per reuelatio  
nē cognouerat: cū hierosolymā p̃dicatur<sup>9</sup>  
ascēderet: ait: Ecce ego alligat<sup>9</sup> spū vado  
in hierusalē: que in ea ventura sunt mihi:  
ignoras. Act. 20. Hoc q̃ppe qz euangelijs  
sacramentū est: qz vnigenit<sup>9</sup> patris incar  
natus atq̃ perfectus homo factus est: qui  
crucifixus: mortuus: z sepult<sup>9</sup>: die tercia  
resurrexit: die quoq̃ quadragesima ascen  
dit in celum: atq̃ in dextera patris sedet.  
Qui ergo per reuelationē euangeliū cog  
nouit: ppheticē spiritū de p̃terito tactus  
est. Sed qz quid p̃ eodē euangeliū passu



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rus esset: ignorabat: De futuro proculdu  
bio tactus non est. Nam et sic dicit: **H**is  
quod spiritus sanctus per omnes ciuitates p:  
testat mihi dicens: Quonia vincula et tri  
bulaciones me manent in hierusalē. Act.  
20. Aperte ostendit: quia ea que ipsi futu  
ra essent: alijs de ipso reuelata erant: non  
autem ipse de se: sicut de illo per agabū dī  
cit: virum cuius est zona hec: ita intelligari  
oportet in iherlm. Actū. 21. Aliquādo au  
tem prophete spiritus tangit ex futuro:  
nec tangit ex preterito: sicut in helysei fa  
cto scriptū est. Quia cū vnus ex filijs p:  
phetarū materē succideret: huic ferrū se  
curis in aquā cecidit: quod exclamauit. **H**eu  
heu domine mi: et hoc ipm mutuo accepe  
ram. Dixit autē homo dei: **T**ibi cecidit?  
**E**t ille monstrauit ei locū. **P**recidit ergo  
ignū et misit illuc: natauitque ferrum. 4.  
**R**egū. 5. In quo videlicet pphete factō  
cognoscit: quia qui requirit vbi ceciderat  
quid esset facturū nouerat. Sed tamen  
cum requirit cōstat: quia vbi ferrū cecidit  
set: ignorabat. **P**rophete ergo spiritus  
helysei mentē ex futuro tetigerat: sed ex  
preterito nō tangebatur: qui et ferrū ex pro  
fundis dimersum: quia renocaturus esset  
ad superficiē scire potuit: sed vbi cecide  
rat omnino non sciuit. Aliquādo vero pro  
phete spiritus in p̄senti tangit ex parte:  
et ex parte nō tangit: quod petri aposto  
li hystoria testat. Cum missi ad eū a cor  
nelio milites: ei sunt per spiritū nunciati.  
Scriptū quippe est: et dixit spiritus ei: **E**c  
ce viri tres querūt te: **A**d quos ille deice  
dit: et requirens dixit: **Q**ue causa est pro  
pter quā venistis? Actū. 10. In cui⁹ ver  
bis ostendit: quia eandē causam per spiri  
tū non audierat: quā a militibus require  
bat. In presenti ergo mentē petri spirit⁹:  
et ex parte tetigerat: et ex parte nō tetige  
rat. **Q**ui et ad esse milites dixit: et p̄ qua  
causa venerāt: tacuit. Aliquādo vero spi  
ritus prophete in futuro ex parte tangit:  
et ex parte nō tangit: sicut prophetarū fi  
lij de auferēdo helyam: ad helyseū dicūt  
**N**unquid nosti: quia hodie dominus tol

let dominū tuū a te? 4. **R**egū. 2. **Q**uo ta  
men ablato sese per diuersa dispergunt:  
eumque in rupibus et vallis bus querūt. In  
futuro ergo eorum mentē prophete spirit⁹  
et ex parte tetigerat: **E**t ex parte nō tange  
bat: quādo eam quē tollendū nouerant:  
non inueniendū querebant. **E**t ex parte ita  
quod tacti sunt: atque ex parte nō tacti: qui et  
sciebāt quod tolli posset: et nesciebant quod  
inueniri nō posset. **I**dem quoque helyse  
us per prophete spiritū de futuro ex par  
te tactus est: et ex parte nō tactus: cum re  
gi diceret israel. **P**ercute iaculo terrā: et  
cum percussisset tribus vicib⁹ et stessit:  
iratus est cōtra eum vir dei: et ait: **S**i per  
cussisses quinquies: aut sexies: siue septi  
es percussisses syriā vsque ad consumptio  
nem. **N**ūc autem tribus vicibus percussit  
es eam. 4. **R**egū. 13. **Q**ui itaque nouerat  
quia toties percuteret syriam: quotiens  
percussisset terrā. Sed cui⁹ ei diceret: per  
cute terrā: quoties eam percussurus esset  
ignorabat. **Q**uipe quia et indignat⁹ est  
terrā tercio fuisse percussam profecto con  
stat: quia de futuro ex parte tactus fuerat  
et ex parte nō tactus: qui syriam percuti  
predixit: sed terram percuti amplius vo  
luit. **S**ic samuel cū ad vngendū dauid a  
domino mitteret: respondit: **Q**uomodo  
vadam: audiet enim saul et interficiet me?  
1. **R**egū. 16. **Q**ui et dauid vnxit: nec tam  
men a saule occisus est. **E**t ex parte ergo de  
futuro tactus pphete anim⁹ fuerat: et ex  
parte nō tactus: qui et vngendū dauid in  
regno nouerat: et quia a saule nō esset oc  
cidendus ignorabat. **S**ciendū quoque est  
quod prophete quidā e proximo tangunt: et  
ex longinquo minime tangunt. **A**lij ve  
ro e longinquo tangunt: et non tangunt  
e proximo. **A**lij autē et e longinquo et ex  
ximo prophete spiritu tanguntur. **N**am  
quidā tangunt e proximo: et nō a longin  
quo. **S**icut samuel perisse asinas nouerat  
easque inuētas esse nūciabat. 1. **R**egū. 10.  
**S**aul regē esse futurū predicti. 1. **R**eg. 9  
**D**avid quoque: quia in eius regno succede  
ret nūciat. 1. **R**egū. 15. **S**ed quia poter



regis eterni futurus sit: nō predicat. **Q**uidam vero tangunt e longinquo: et nō tangunt e proximo. Sicut idem dauid in eandē dei vnigenitū nouerat de iudea dicens: Homo factus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. ps. 86. Atq; hūc ad celos ascensurū: et ad patris dexterā sessurum intelligit dicens: Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. ps. 109. Et tamen multa e vicino que acta sunt: minime preuidit. Et enim pauca de multis loquar. Seruū miphibofeth sibam contra dominū suū mentientē non intellexit. 2. Regū. 16. et amase promittit dicens: Hec faciat mihi dominus: et hec addat si nō magister milite fueris contra me omni tempore pro ioab. 2. Regū. 19. uidelicet quid sequeretur ignozans: quia amasa idē non solū principatū militie pro ioab nō susceperat: sed etiā per ioab post paululū vitam finiret. Et cū templū deo construere uoluit: quid e vicino sequeretur nesciens: prophetā alterū requisit. Quidā uero et e longinquo: et e proximo tangunt. Sicut Isaias longe post futura prenūciat dicens: Ecce uirgo cōcipiet et pariet filiū: et uocabitur nomen eius emanuel. Esai. 7. De quo rursus ait: paruulus natus est nobis: et filius datus est nobis: et factus est principat⁹ eius super humerū eius: et uocabit nomen eius admirabilis cōsiliari⁹. deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis: multiplicabit imperiū eius: et pacis non erit finis. Esai. 9. Qui etiā de ezechia rege pphete spiritu tactus e uicino: quia de infirmitate sua surgeret predixit: et quot annis post infirmitatē suam uiueret: nō tacuit. Esai. 38. Aliquādo etiā pphete spūs prophetis deest: nec semper eorū mentibus preesto est: quaten⁹ cum hūc non habent: se hūc agnoscant ex dono habere cū habent. Unde helyseus cum flentez suamitē mulierē a suis pedibus per giezī puerum auelli prohiberet: dixit: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est: et dominus celauit a me: et non indicauit mihi. 4. Regū

4. Sic quoq; cum eum iosaphat de futuris requireret: et prophete ei spiritus de esset: psaltem fecit applicari: ut prophete ad hūc spiritus per laudem psalmodie descendere: atq; eius animū de uenturis repleret. Por et enim psalmodie cum per intentionē cordis agitur: per hanc omnipotentū deo domū ad cor iter paratur: ut in mente senti: uel prophete mysteria: uel compunctiōis gratiam infundat. Unde scriptum est. Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter est quo ostendam illi salutare dei. ps. 49. Quod enim latine salutare: hoc hebraice Iesus dicitur. In sacrificio laudis igitur sit Ihesu iter ostensiois: quia dum per psalmodiam cōpunctio effunditur: uia nobis in corde fit per quam ad iesum in fine peruenit. Sicut et ipse de sua ostensione loquitur: dicens: Qui diligit me: diligitur a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei meipm. Iohānis. 14. Hinc quoq; scriptum est. Cantate domino: psalmū dictate nomini eius: iter facite ei: qui ascendit super occasum: domin⁹ nomen est ei. ps. 47. Ipse etenim super occasum ascendit: qui mortem resurgendo calcauit. Cui dū cantamus: iter faciamus: ut ad nostrum cor ueniat: et sui nos amoris gratia accendat. Quia autem prophetis spiritus nō semper adest. Etiam uir dei indicat: qui contra samariam missus: mala que ei erāt uentura nūciauit. 3. Regū. 13. qui tamen phibitus a domino in uia comedere prophete falsi persuasionē deceptus est: quē fallax sermo nō deciperet: pphete spiritū presentem habuisset. Sciendū quoq; est: q; aliquādo pphete sancti dum consuluē ex magno usu pphetandi: quedā ex suo spiritu proferunt: et se hec ex pphete spiritu dicere suspiciant. Sed q; sancti sūt per spiritū sanctū citius correcti: ab eo que uera sūt audiūt: et semetipos q; falsā dixerint reprehendūt. Harban etiam pphetā sanctū uirū fuisse quis nesciat: qui dauid regē de culpa aperte rephendit: et que ei pro culpa eadē essent uentura: nūciauit.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

quem tamen dñi idem dauid quia templū deo velle pstruere: requisisset ilico respōdit dicens: **O**mne qđ est in corde tuo vade & fac: quia dñs tecum est. 2. Regū. 7. **D**e qđ illic stari subdit. Factū est autē in nocte illa: & ecce sermo dñi ad Nathan dicens: **V**ade & loquere ad seruū meū dauid **H**ec dicit dñs deus: Nunquā tu edificabis mihi domū ad inhabitandū? **R**eg. et. hīta uī in domo ex die qua eduxi filios israhel de terra egypti: vsq; in diē hanc. **E**t paulo post. **C**ū impleti fuerint dies tui: & dormieris cū patribus tuis: suscitabo post te semen tuū quod egrediet de utero tuo: & firmabo regnū eius: ipse edificabit nomini meo domū. **E**cce nathan ppheta qui prius regi dixerat: **V**ade & fac: ipse postmodū prophete spiritu edoctus hoc fieri nō posse denūciās: & regis cōsilijs & suis sermonibus cōtradixit: quia qđ ex suo spiritu dixerat: falsum fuisse rephēndit. **Q**uia in re inter pphetas veros ac falsos ista distantia est: quia pphete veri si quid aliquādo p suū spiritū dicūt: hec ab auditorū mentibus per spiritū sanctū eruditi citius corrigūt. **P**rophete autē falsi: & falsa denūciant: & alieni a spiritū sancto in sua falsitate perdurāt. **C**onsideratis igit pphete tempibus & modis intueri liber qualiter omnipotens deus ad profectū hominū ire sue moderantiā dispensat. **I**sraheliticus quippe popul⁹ conditori suo deliquerat: & iccirco regi babilonio in captiuitate seruiebat: cū quo tamē Ezechiel ppheta in captiuitatē mittit. **E**zechiel. 3. quē diuina grā ita sibi placabilē fecerat: vt per eū ventura queq; prediceret: & afflicti populi mentē consolari dignaret. **C**onsiderem⁹ ergo si possumus quātā eis dispensatio pietatis supne: quia sic iratus est populo suo dñs: vt tamen nō omnimodo irasceret. **N**ā si iratus nō esset: in captiuitatē populū minime tradidisset. **E**t si omnino iratus esset: electos suos in captiuitatem cū illo nō mitteret. **S**ed agit hec diuina misericordia: vt ex vna eadēq; re ex qua carnalibus dat flagellū: ex ea spirita-

libus: virtutis prebet incrementū. **E**ūq; illos per tribulationē purgat: istos ex societate tribulantū ad maiora promerēda excitat. **E**t sic iniustus irascit: vt tamē eorū corda per iustoz cōsiliū confolet: ne si omni modo deserat: nullus post culpas ad veniā redeat: tenendū igit repellit: et repellendo tenet: quādo cum his quos diiudicat: simul in tribulationē mittit quos amat. **Q**uis ista tate pietatis viscera pensare sufficiat: qđ & culpas populi domin⁹ sine vindicta nō deserit: & tamē delinquentem populū a se funditus nō repellit. **S**ic cū Moyses ad repositiōis terrā: exploratores duodecim misisset. **N**umeri. 13. & 14. ex quibus cū decem postmodū desperationē populo facerēt: idem populus in ira murmuratiōis accessus seductū se a domino esse cōquectus est: vt eius cadauera iacerēt in deserto. **C**ui omnipotens deus iratus dixit: qđ nullus eorū in terrā repositiōis intraret. **Q**uo terrore cōpuncti prauē se egisse cognouerūt: sese in lachrymis afflixerūt: & accincti armis protinus ceperūt contra hostes ascendere: vt in repositiōis terrā post lachrymas intrare potuissent. **Q**uibus per Moysen domin⁹ ait: **N**olite ascendere neq; pugnetis non estis sup vobiscū ne cadatis corā inimicis vestris. **N**um. 14. **Q**uia in re pensandū est: si cū ipsis non erat: cur eos ne caderent ascendere prohibebat. **S**i autē cū ipsis erat: quid est quod ait: **N**on estis sum vobiscū. **S**ed mira dispensatiō discipline ac misericordie: & cū ipsis erat: & cū ipsis non erat. **C**um ipsis non erat vt vincerēt: sed tamen cū ipsis erat: ne ab hostibus perirēt. **I**n effabilia pietatis viscera: culpas insequit: & tamen peccātes pregit. **I**ratū se indicat: & tamen ab hostib⁹ defendit. **S**ic plerūq; paruulo filio delinquenti irascitur mater reprehēdit: increpat: & verberat. **S**ed si hūc in peccatis ire conspexerit: vbi in mortis periculū ruat: manu tendit & retinet: & que sic irata verberauerat: ac si nō diligeret: sic diligendo retinet: ac si irata nō verberasset. **D**ec in sola prelatiōe cola



loquētes: nauigij nostri quasi intra portū exercitiū fecimus: vt ad indaganda prophete mysteria veluti inenitate pelagi post vela pandamus. Quod tamē nō in nostra virtute spūsumus: sed in eo qui in fantū linguas facit esse disertas: quia spiritus domini repleuit orbē terrarū: et hoc quod cōtinet oīa scientiā habet vocis. Omnipotēs enim deus sermo patris omnipotentis est: et qui de illo loqui cōcupiscim⁹ muti in illo nullo modo erimus. Habet enim verba vtilia omnipotentis verbuz: quod pro nobis incarnatū vīuit et regnat cū patre in vnitate spūsancti deus: per omnia secula seculorū Amen.

**Explicit Omelia. I.**

**Incipit Omelia. II. que interpretat primū capitulū a principio vsq; illā partem. Et quatuor facies vni.]**

**V**sus prophete locutiōis est: vt prius personā: tempus: locūq; describat: et postmodū dicere mysteria prophete incipiat: quatenus ad veritatē solidius ostendēdam: ante hystorie radicē figat: et post fructus spiritus per signa et allegorias proferat. Ezechiel itaq; etatis sue tempus indicat dicens:

**Et factum est in tricesimo anno: in quarto mense: in quinta mensis.]**

**L**ocū quoq; denūcians adiungit. Cū essem in medio captiuorū iuxta fluuiū chobaraperti sunt celi et vidi vīsōes domini. Tempus etiā insinuat subdēs: In quinta mensis: ipse est annus quitus transmigratiōis regis ioachim: quia vt bene personā indicet: et iam gen⁹ narrat cum subdit. Et factū est verbū dñi ad Ezechiel filium Buzi: sacerdotē. Sed prima nobis questio orit. Cur is qui nihil adhuc dixerat: ita exorsus est dicens: Et factū est in trice-

simo anno. Et nāq; sermo cōiunctiōis est. Et scimus: quia nō cōiungitur sermo subsequēs nisi sermoni pcedenti: qui igit nihil dixerat: cur dicit: Et factū est: cū non sit sermo: cui hoc quod incipit subiungat. Quia in re itūendū est: quia sicut nos corporalia sic prophete sensus spiritalia aspiciunt: eisq; et illa sunt p̄sentia que nostre ignoſtate absentia vident. Cū sit vt in mente prophetarū ita cōiuncta sint exterioribus interiora: quaten⁹ simul vtraq; videat: simulq; in eis fiat: et intus verbū quod audiūt: et foras quod dicunt. Patet igit causa cur qui nihil dixerat: inchoauit dicens: Et factū est in tricesimo anno: quia hoc verbū quod foris protulit: ulli verbo quod intus audierat cōiūxit. Continuuauit ergo verba que protulit visioni itime: et iccirco incipit dicens: Et factū est. Subiūxit enim hoc quod exterius loqui inchoat: ac si et illud foris sit: quod intus vidit. Hoc autē quod dicit: quia in tricesimo anno spiritū prophete accepit: indicat nobis aliquid cōsiderandū: videlicet quia iuxta ratiōis vsum: doctrine sermo nō suppetit nisi in etate perfecta. Unde et ipse dñs anno duodecimo etatis sue in medio doctoꝝ in templo sedēs: nō docens: sed interrogās voluit inueniri. Luce. 2. Et em̄ non auderēt homines in infirma etate p̄dicare: ille anno duodecimo etatis sue interrogare homines est dignatus in terra: quod per diuinitatē suā semper angelos docet in celo. Quia em̄ ipse est dei sapiētia de ipso angeli videndo habuit hoc quod beatitudie eterna satiant. Quod Moyses quoq; sub allegorie mysterio admonet dicens: Non arabis in primogenito bouis. Deut. 15. Primogenitū em̄ bouis accipimus in infirma etate primi nostri tempis bonā operationē: in qua tamen arandū non est: quia cū prima sunt adolescentie vel iuuentutis nostre tempora: nobis adhuc a predicatiōe cessandū est: vt vomer lingue nostre p̄scindere nō audeat terrā cordis alieni: quo adusq; et em̄ infirmi sumus cōtinere nos intra nosmetipsos debemus: ne dū tenera bona cū



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielm

citius ostendimus: amittamus. Quia et  
arbuta plātata: si prius in terra radicata  
nō fuerint: manu tacta citius arefcūt. Et  
si semel radicē fixerint: manus tangit et ta  
men nil officit: venti impellōt: nec tamen  
impellentes ledūt. Et cōstructi parietes  
si impellant: eruunt: nisi a suo prius fue  
rint humore siccati. Mens itaq; quousq;  
ab humore prauitatis sue: perfecte nō fue  
rit exsiccata: aliene lingue manu tangi nō  
debet: ne priusq; plene percipiat: perdat  
soliditatē suam: ne impulsa ruat: ne velut  
arbutū sine radicibus dū plusq; tolerare  
valer: concutiē arefcāt. Ad exemplū ergo  
nō sunt ostendēda: nisi que vere firma sūt  
Prius etēn conualescere debet mēs no  
stra: atq; ad utilitatē proximorū postmo  
dū demonstrari: cū tam nec per laudē ele  
uata corruat: nec per vituperationē pec  
sa cōrabelcat. Nam et si tyotheo dicit.  
Precipe hec et doce: nemo adolescentiā  
tuā contempnat. 1. Timoth. 4. Sciēdū  
est q; in sacro eloq; nōnunq; adolescentia  
iuuēt vocat. An scriptū est. Letare iuue  
nis in adolescentia tua. Eccl. 11. Prophe  
ta igit vt ostendat cui⁹ auctoritatis sit in  
predicationē: etatis solide esse describi  
tur: quatenus ei cū vita et spiritu oīa que  
ad predicandū congruūt: cōcordare vide  
ant. Nec contra hec quempiā mouere de  
bet: quod hieremias atq; daniel pphcie  
spiritū pueri perceperūt. Hierem. 1. Dani  
13. Quoniā miracula in exemplo opera  
tōis non sunt trabēda. Om̄ipotens enī  
deus et linguas infantū fecit disertas: et  
ex ore infantū atq; lactentiū perfecit lau  
dem. ps. 8. Sed aliud est qd nos de do  
ctrine vsū atq; disciplina dicimus: aliud  
quod de miraculo scim⁹. Jam vero si que  
riē: vt in ipsa quoq; etatis illius expressio  
ne mystic⁹ aliquid designet: absurdum  
non est qd propheta dominū que verbis  
denunciat: ipso quoq; etatis sue tempore  
ostendat. Anno tricesimo ezechielis pro  
phete celi aperti sunt: et vidit visiones do  
mini iuxta fluuiū chobar. Quia: et quasi  
tricesimo etatis sue anno: domin⁹ ad flu

uū iordanis venit. Ibi itaq; aperti sunt  
celi: quia spiritus in columba descendit:  
vor quoq; de celo sonuit dicens: Hic est  
filius meus dilectus: in quo mihi bene cō  
placui. Math. 17. Sed et ha verba he  
bea multū nobis ad mysteriū interpretā  
dum valēt. Nam chobar interpretat gra  
nudo vel grauitas. Ezechiel fortitudo  
dei. Buzi despectus vel cōtempus: cal  
dei captiuates: vel quasi demones. Nes  
nit ergo Ezechiel iuxta fluuiū chobar: qz  
enī chobar grauitudo vel grauitas dicit  
tur: Quid per chobar fluuiū: nisi huma  
nū genus congrue designat: quod ab or  
tu defluit ad mortē: et graue sibi est ex pec  
catis que et perpetrat et portat: quia sicut  
scriptū est. Iniquitas in talentū plūbi ses  
det. Zach. 5. Omne enī peccatū graue  
est: quia nō permittit animā ad sublimia  
leuari. Ande et per psalmistā dicit: Filiū  
hoīm viquequo graui corde. ps. 4. Scri  
ptum vero de domino est: quia ipse est dei  
virtus et dei sapientia. 1. Corinthiorū. 1.  
Venit ergo ezechiel iuxta fluuiū cho  
bar: quia fortitudo dei per incarnationis  
sue mysteriū propinquare dignata est pec  
catorū suorū pondera portanti generi hu  
mano qd ab ortu suo quotidiē defluit ad  
mortē: sicut de illo et per psalmistā dicit:  
Et erit tanq; lignū quod plantatū est sec⁹  
decursus aquarū. ps. 1. Iuxta decursus  
quippe aquarū plantatus est: qz iuxta las  
psus incarnatus est defluentū populorū.  
Ezechiel autē fortitudinē dei. Buzi ve  
ro despectū interpretari dixim⁹. Sed eye  
chiel filius est buzī: qz ex illo populo vni  
genitus dei incarnari dignatus est: quem  
ppter culpā perfidie dñs desepxit. Forti  
tudo ergo dei ex contemptu vel despecto  
nascit: qz redemptor: noster humanitatē  
assumere ex populo perfido et contemptu dī  
gnatus est. Venit ergo in terrā caldeorū.  
Caldei interpretant vt diximus captiuas  
tes: vel quasi demones. Iniqui etēn qz  
et ipsi iniquitates perpetrāt: et ad iniquita  
tē alios persuadēdo trabūt: nimirū capti  
uātes sunt: qui recte quoq; et quasi demo



nes interpretant: qz hi qui ⁊ alios ad imi-  
quitate suadendo ꝑtrabunt: in semetipsis  
miseria demonū ad iniquitate suscipiunt:  
quāuis demones per natura nō sint. Ce-  
nit ergo forsūdo dei in terra chaldeoz:  
quia inter eos vnigenit⁹ patris apparuit  
⁊ ad peccata alios captiuātes trahabant.  
Sed expositōis sermo: nūc ad prophete  
personam facta est.

**[Et facta est super eum ibi ma-  
nus domini.]**

**[Manus vel brachiū dñi fillus dicit: qz  
per ipm oīa facta sunt. De quo etiā psal-  
mista ait: Fiat manus tua vt saluū me fa-  
ciat. ps. 118. Manus quippe dei que per  
diuitate non est facta: sed genita: per hūa-  
nitate facta est: vt humani generis vulne-  
ra sanaret. Ibi ergo ꝑpheta incarnatio-  
ne vnigēiti agnouit: vbi sup se manū dñi  
factā vidit. Ad hō hic subdit. [Et vidi  
⁊ ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone.  
Cap. 1. Inuēdū nobis est qui sit in  
ꝑphete verbis ordo locutiōis. Qui em̄  
superius de seipso dixerat: Aperti sūt celi  
⁊ vidi visiones dñi.] Postea tanq̄ si de  
alio narret adiūgit. [Et facta est super eū  
ibi manus dñi. Ibidē.] Ac deinde quasi  
ad se reuertit ⁊ dicit: Et vidi ⁊ ecce vētus  
turbinis veniebat ab aquilone. Quid est  
hoc qd modo Ezechiel loquit: modo de  
ezechiele? Si per totū diceret de se: que-  
stio nō esset. Si per totū diceret: quasi de  
alio nihil omin⁹ questio nō fuisset. Quid  
ergo est hoc qd sic variat sermo ꝑpheti-  
cus: vt modo ꝑpheta de se loquat: modo  
aut de ipso quasi alius loqui videat? Sed  
sciendū est: qz hi qui ꝑpheticē spiritu re-  
plent: per hoc qd aperte nōnunq̄ loquū-  
tur de se: ⁊ nōnunq̄ sic de se verba tanq̄  
de alijs ꝑferūt: indicāt: qz non ꝑpheta  
sed spūs sanctus loquit per ꝑpheta. Pro  
eo em̄ qd per ipsos sermo fit: ipsi loquunt̄  
de se. Et ꝑ eo qd aspiratē sancto spiritu lo-  
quūt: itē sanctus spūs per ipsos loquit de  
spīs: veritate attestat: qui dicit: Nō em̄  
vos estis qui loquimini: sed spūs patris ve-**

stri qui loquit in vobis. Math. 10. Hinc  
etiā moyses ait. Et erat moyses vir mitis  
simus super oēs hoīes: qui morabant in  
terra. Num. 12. Quia em̄ non dicit erā:  
sed erat: ꝑferte aperte indicat: qz is qui  
per illū de illo loquebat: alius erat. Hinc  
Iohānes ait: Audidit illū discipulū quē dī-  
ligebat Iesus. Jo. 19. Ande ⁊ paulus: vt  
nō se esse qui loquebat ostenderet: dixit:  
An experimentū queritis eius: qui in me  
loquit xps? 2. Corin. 13. Quia igit in lo-  
cutiōe ꝑpheticā: alter est qui ꝑsident: al-  
ter qui obsequit: cū de seipso ꝑpheta loq̄-  
tur: persona obsequētis est: cū vero per ꝑ-  
pheta spiritus loquit: sublimitas ꝑsidentis  
ostēditur. Recte ergo ⁊ tanq̄ de alio  
dicit: Facta est super eū ibi manus dñi.  
Et de se protinus adiūgit. Et vidi: ⁊ ecce  
ventus turbinis veniebat ab aquilone.  
Nunc itaqz discutiendū nobis est: qd sit  
qd dicit. Et ecce ventus turbinis venie-  
bat ab aquilone: ⁊ nubes magna. Pro eo  
quod ventus aquilo cōstringit in frigore  
nō incōgrue aquilonis nōte torpor mali-  
gnū spiritus designat. quod elaias quoqz  
ꝑpheta testat: qui dixisse dyabolū denū-  
ciat dicens: Sedebo in mōte testamēti in  
lateribus aquilonis. Esa. 14. Malign⁹  
em̄ spiritus montē testamēti tenuit: qui  
iudaicū populū qui legē acceperat sibi in  
perfidia subiugavit: quādo em̄ corda do-  
ctoꝝ tenet: montē testamēti dyabolus  
possidet: vnde ꝑsident. Qui etiā in late-  
ribus aquilonis sedet: quia mētes homi-  
nū frigiditas possidet. Ande ⁊ spōe vo-  
ce in cantico canticoꝝ dicit. Surge aquilō  
⁊ veni auster ꝑsa ortū meū: ⁊ fluēt aro-  
mata illi. Cant. 4. Cum em̄ iubēte dño  
frigidus spūs recedit: calidus spūs mentē  
fidelīū occupat: qui ortū dei. i. scētaz eccle-  
siaz ꝑflat: vt opinionones virtutū eius ad  
multoꝝ noticiā velut arōara defluūt. Re-  
cedēte etē aq̄lone. i. maligno spū: scētaz  
spiritus mentē quasi auster replet: qui dñi  
calefaciē doflauerit: statim de fidelīū cor-  
dibus aromata virtutū fluūt. ꝑpheta  
ergo ea que essent in finem ventura con-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

spiciens: venire ab aquilone ventū turbini vidit: qz in extremo seculi mentes hominū torporis sui frigore malignus spūs graui⁹ occupat. **Unde scriptū est.** De terra et mari: qz descendit dyabolus ad vos: habens iram magnā: sciens quia modicū tempus habet. **Apoc. 12.** Antiqu⁹ quippe aduersarius insidiarū suarū molimina in humanis mētibus grauius exagg⁹ ga uit: cōtra cuius excrecentē superbiā icarnati manifestata est humilitas dei: atqz vt humanū genus a suo languore sanaret: tūc magna apparuit potētia mediciz: cum languor creuit egroti. **Bene autē maligni spiritus imissio: ventus turbinis appellatur.** Turbo quippe edificii qd tangit: cōcutiendo subripit: et omnis antiqui hostis temptatio que agit in mēte: vētus est turbinis: quia hāc cōcutiendo per desideria a statu sue rectitudinis euellit. **Sed nos ista reticētes que humano generi erit ab hoste callide in fine veteras: ad solā iudeā ex qua ppheta fuit: et cuius perditionē ppheta dō spiciat: verba vertamus.** Quia incarnato dño tanto graui⁹ ab aquilone ventū turbinis pertulit: quāto a sua rectitudine cōcussa: cadens per torporē mētis in perfidia frigida remāst. **Ventus ergo turbinis ab aquilone venit: cū vitā iudai ei populū malignus spūs interpretatione cōcussit.** **Abi recte addit.**

### **[Et nubes magna.]**

**Quia quāto plus quisqz exarsit in crudelitate: tāto amplius obsecari meruit ignorantie sue caligine.** **Redemptorē quippe humani generis quē in lege ac pphetis intelligētes expectauerāt: vidētes negabant.** **Tū actū est: vt eoz mens magna ignorantia sue nube tegetē: ne hūc post inquirētes agnoscerēt: quē prius venūcia re poterāt: et amare rennuebant.** **Hanc cū modo in eius virtutes et miracula: modo autē passionē cōspicerēt: in infidelū cordib⁹ nubes magna ab aquilone venerat: qz ex peccati sui frigore ppter infirmitatē passionis illius: et inter signa caligabāt.**

**Quid vero ex illa nubis magne caligine sit securū subiungit cū ptinus dicit:**

### **[Et ignis inuoluens.]**

**Ignis em̄ nomine cū per significatiōē dicit aliquādo spiritus sceleris: aliquādo autem mētis malicia designat.** **De bono em̄ igne scriptū est.** Ignē vestī mittere in terram: et quid volo: nisi vt accendat? **Luce 12.** Ignis quippe in terrā mittit: cum per ardorē sancti spūs afflata: terrena mens a carnalibus suis desiderij⁹ cōcremat. **De malo igne dicit: Et nūc ignis aduersarios consumit.** **Heb. 10.** Quia cor pessimū ex sua malicia tabescit. **Sicut autē ignis amoris mentē erigit: ita ignis malicie inuoluit: quia et sancti spūs cor qd replet eleuat: et ardor malicie ad inferiora semp in curuat.** **Iudea igit nubes sue ignorantie cecata: qz mox ad persecutiōis nequiciā erupit: igne suo inuoluta est: que in obligatiōe se nequicie per eandē ipam crudelitā qua arsit: implicauit.** **Ventus autē turbinis veniebat ab aquilone: et nubes magna: et ignis inuoluens: quia ex torporis sui frigore ad ignorantie caliginē perducta: vsqz ad maliciā persecutiōis erupit.** **Unde ad alium quoqz prophetā dicitur:** **Quid tu vides? Qui illico respōdit.** **Quia lam succēsam ego vido: et faciē eius a facie aquilonis.** **Hieremi. 1.** **Iudeoz quippe mens in persecutiōe seuiēs: atqz in crudelitate malicie vndas cogitationū voluens: quid aliud q̄ olla succensa fuit: cuius facies a facie aquilonis esse dicit?** **De si se aduerso spiritui per torporē mentis non subderet: cōtra bonos in tanta malicia nō exarsisset.** **Habē itaqz se quē ignis inuolues: quia eius cecitate mentis secuta est crudelitas persecutiōis.** **Si em̄ cognouissent nūq̄ dominū glorie crucifixissent. 1. Corinth. 2.** **Sed iste ignis alibi arsit: atqz alibi splēdit.** **Hanc subdit.**

### **[Et splendor in circuitu eius.]**

**Dum em̄ persecutio in iudea agit: scētā aploz p̄dicatio in vniuerso mūdo dispersa est: sicut ipi dicunt.** **Robb⁹ missū fuerat**



verbum dei: sed quia indignos vos iudicas-  
tis: ecce inuis ad gentes Act. 11. De cru-  
delitate ergo malicie que mentem iudee co-  
cremavit: omnipotens deus lucem gentibus  
sparsit: quia per hoc quod illa redemptorem  
suum: ac membra eius persecuta est: sanctis  
apostolis per diuersa dispersis: nos qui in  
iudee circuitu positi in tenebris fuimus:  
dono celestis gratie splendorem veri lumi-  
nis videmus. Unde scriptum est. Sedenti-  
bus in tenebris et umbra mortis lux orta  
est eis. Isaie. 9. Nunc itaque ignis malicie:  
qui in iudeorum cordibus arsit: in perfec-  
tione priusque sanctos apostolos seuitudo af-  
fligeret: in ipso se exercuit auctore ac redem-  
ptore generis humani. Unde et subdit.

**Et de medio eius quasi speci-  
es electri: id est de medio ignis.**

Quid electri specie nisi Christus Iesus me-  
diator dei et hominum designat? Electrum  
quippe ex auro et argento est: in electro dum  
argentum miscet: argentum ad claritatem cre-  
scit: auro vero a suo fulgore pallescit: illud  
ad claritatem proficit: hoc a claritate tem-  
perat. Quia igitur in unigenito dei filio na-  
ture diuinitatis unita est natura nostra: in  
qua adunatione humanitas in maiestatis  
gloria excreuit: diuinitas vero a sui fulgo-  
ris potentia humanis se oculis tempauit:  
per hoc quod humana natura clarior facta  
est: quasi per aurum creuit argentum: et quia  
diuinitas a fulgore suo nostris est aspecti-  
bus temperata: quasi aurum nobis palluit  
per argentum. Illa enim natura immutabilis  
que in se manens innouat omnia: si ita ut  
nobis apparere voluisset: fulgore suo nos  
incenderet: potius quam renouaret. Sed cla-  
ritatem sue magnitudinis tempauit nostris  
oculis deus: ut dum eius nobis claritas tem-  
perat: etiam nostra infirmitas per eius simi-  
litudinem in eius luce claresceret: et per ac-  
ceptam gratiam (ut ita dicam) sue habitudinis  
colorem mutaret. Quasi electrum ergo in  
igne est deus: homo factus in persecutio-  
ne. Sequitur.

**Et in medio eius similitudo**

quattuor animalium. ]

Quod in medio eius dicitur: Siue electri  
siue ignis: nil obstat intelligi: quia quatuor  
hec animalia sancti: scilicet euangeliste et eius-  
dem domini incarnatione ad fidei virtutem solis-  
ditati sunt: et igne persecutionis multis tri-  
bulationibus afflicti. Quasi quis hec que  
de primo domini aduentu diximus: etiam de se-  
cundo velit accipere celeri assensu sequens  
dicitur: quia sepe prophete spiritus in uno  
quod loquitur: multa simul intuetur. Tunc  
enim turbis ab aquilone ventis: quia nimis  
rui causa peccatorum erigitur: ut districti iudi-  
cij concussio omnia simul elementa pertur-  
bet: terror enim perturbationis ultime inde  
venire dicitur unde generatur. Nam quia ad  
feriendas frigiditas peccatorum mentes iudi-  
cium perturbationis ultime agit: recte ab  
aquilone ventis turbis venire perhibetur  
que videlicet concussio apte ventus turbi-  
nis dicitur: quia in illo die cunctorum qui tunc in  
carne mortaliter inueni fuerint: in pauore ni-  
mio corda commouent: cum enim ceperit im-  
pleri quod scriptum est. Sol obscurabitur:  
luna non dabit lumen suum: et stelle cadent  
de celo: et virtutes celorum commouebuntur.  
Math. 24. Que mens hominis erit eter-  
ni iudicis sententiam non formidatis: Ibi  
enim tunc cuncta simul peccata ante oculos  
redeunt: ibi omnia que cum delectatione acta  
sunt ad memoriam cum pauore reuocantur. Ibi  
caligo cogitationis misero ex pena proxi-  
mationis. Unde et subdit:

**Et nubes magna.]**

Tunc quippe expectatorum memoria sen-  
sum mentis deprimit caligo cecitatis: cum  
unigenitum dei filium in forma diuinitatis con-  
spicere reprobi non permittunt. Videbunt  
enim in quem transierunt. Zach. 12. Iobis  
19. Et tollat impius ne videat gloriam dei.  
Ubi et apte subditur.

**Et ignis inuoluens.]**

Quia videlicet ignis ille iudicij: qui cae-  
lum aereum et terram concremat: peccatores iam  
in sua superbia non permittit erigi: sed in-  
uoluit quos proculdubio in pena sue dam-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

natiōis cōfringit. Et splendor in circuitu eius. Quia sicut fulgor exiit ab oriente: et parit vsq; ad occidentē: ita erit aduentus filij hominis: vbi nullus tūc a iudicio in sua mēte latere permittit: quia ab ipso iudicis fulgore penetrat: de quo mox iudicij die subditur.

**¶ Et de medio eius quasi species electri: id est de medio ignis.**

Ipse em̄ angelis atq; archangelis: oībus q; virtutib; p̄sident redēptor noster: q̄ velet in electri similitudine vn̄ ex vtraq;: et in vtraq; natura: et deus pm̄āste cū patre: et ad redemptionē nostrā factus est mortalis cū hominibus: in suo tūc terrore vidētib; eius ignis iudicij in reproborū vindictam famulaf. Hinc em̄ scriptū est. Dies dñi declarabitur: quia in igne reuelabit. 1. Corinth. 13. Hinc psalmista ait: Deus manifeste veniet deus noster: et nō silebit ignis in cōspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas valida. ps. 49. Hinc petrus ap̄lus dicit: Adueniet dies dñi vt fur: in quo celi magno impetu transibūt: elemēta vero ignis ardore soluent. 2. Petr. 3. Et quia tūc sancti om̄es qui mūdus perfecte reliquerūt: iudices veniūt: apte mox subditur.

**¶ Et in medio eius similitudo quattuor animalium.]**

Quid em̄ per quattuor aīalia: nisi quattuor euāgeliste designant? Nec immerito per euāgelistas quattuor: perfectōrum om̄niū numerus exprimit: quia om̄es qui in ecclesia modo perfecti sūt: perfectiōis sue rectitudinē per seip̄os euāgelii didicerūt. de medio em̄ ei; similitudo quattuor animalium. Quia illi tunc eius corpori vniti: eius maiestati cōiuncti: et similes facti cū eo iudices videbunt: qui modo perfecta opera iuxta euāgelica precepta secuti sūt. Hinc est em̄ quod ip̄is sanctis apostolis dicit: Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel.

Math. 19. Hinc Esayas ait: Dñs ad iudiciū veniet cū seniorib; populi sui. Esa. 3. Hinc salomon de ecclesia loquit vtiq;: Nobilis in positis vir eius: cū sederit euz senatorib; terre. Prover. vlti. Visitas q; sub breuitate trāscursis: aduentus primi ordinem sicut cepimus exequētes: ad euāgelistarum personas in expositione redeamus. Sequitur.

**¶ Et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis.]**

Quis hoc loco homo describit: nisi ille de quo scriptū est: Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetip̄m exinaniuit formā seruis accipies in similitudinē hominis factus: et habitu inuētus vt homo. Phil. 2. Hec itaq; aīalia vt surgere ad sanctitatis virtutē valeant: ad huius hominis similitudinē tendūt. Sancta em̄ non essent: si hui; hominis similitudinē non haberēt: quia quicq; in eis de viscerib; pietatis: quicq; de mansuetudine spiritus: quicq; de zelo rectitudinis: quicq; de custodia huius militatis: quicq; de seruoze charitatis: est hoc ab ipso fonte misericordie: ab ipa radice mansuetudinis: ab ipa virtute iusticie id est a mediatore dei et hominū: deo domino traxerūt: hui; se hominis similitudinē habere: egregius predicator ostendit dicens: Imitatores mei estote sicut et ego xpi. 1. Corinth. 4. et 11. Ad eius nos similitudines surgere admonet cum dicit: Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Sicut portae vniuersi imaginē terreni: portemus et imaginē eius qui de celo descēdit. 1. Corinth. 15. Sanctus etenim quisq; intantū ad similitudinē huius hominis ducit: inquantū vltimū sui redemptoris imitat. Nam ab eius mādatis atq; operibus discordare: quid est aliud q̄ a similitudine longe recedere. Plangūt autē vitam delinquentiū predicatori sancti: sed de ipso nostro capite scriptū est. Quia fletit sup iherusalē. Luca 19. Gaudet de bonis actibus subditor: et recte operantes diligūt. Sed de redēptō



re nostro scriptū est. **C**ui cū adolescēs qui-  
dam di ceret: **H**ec omnia custodiui a iuuen-  
tute mea. **Matth. 19.** magis dilexit eum.  
**P**ortat illatas cōtumelias predicatorēs  
sancti & nullā ad inuicem contumeliā red-  
dunt. **S**ed cū redemptori nostro di ceret:  
**D**emoniū habet. **Jobis. 8.** Non iniuriā  
reddidit: sed mansuete respondit dicens:  
**E**go demoniū nō habeo. **F**eruet zelo re-  
citudinis p̄dicatores sancti: sed redem-  
ptor: omniū flagello de resticulis facto vē-  
dentes & emētes eiecit de templo: cathedras  
vendentiū colūbas euerit: & nūmū-  
larioz effudit es. **Jobis. 2.** In omni quod  
fortiter agunt: humilitatē tota intentione  
custodiūt. **S**ed per redemptorē nostrū dī-  
cit: **D**iscite aīme: quia mitis sum & humi-  
lis corde. **Matth. 11.** Persecutores suos  
quoz diligunt predicatorēs sancti. **S**ed  
īpe auctor omniū ac redemptor in passio-  
ne positus: p̄ persecutoribus intercedit  
dicēs: **P**ater ignosce illis: quia nesciunt  
quid faciūt. **Luce. 23.** **P**ēbra sua ponit  
in passione p̄ fratribus: **S**ed pro electoz  
vita vsq; ad mortē se tradidit auctor vite  
**D**icat ergo de sanctis animalibus q̄ simili-  
tudo homis in eis est: quia q̄ sancta: q̄  
mira sunt: hoc in eis de specie similitudi-  
nis est: id est de virtute imitationis. **C**aput  
quippe oīm nostrū redemptor noster est.  
**E**t per salomonē dicit: **O**culi sapiētis in  
capite eius: stultus autē in tenebris am-  
bulat. **Eccles. 2.** **T**unc em̄ in capite ocu-  
los habemus: cū vitā redemptoris nostri  
tacta cogitatione cōspicimus. **E**t cū omnis  
nostra intentio in eius se imitationē eri-  
git: ne si vias lucis aspicere oculus men-  
tis neglexerit: statim clausus in tenebras  
erroris cadat. **A**d huius similitudinē ho-  
minis surgere festinabat p̄pheta cū dice-  
ret: **I**n mandatis tuis exercebor: & cōsīde-  
rabo vias tuas. **ps. 118.** **Q**ui etem̄ vias  
dñi tacitus in mente cōsiderat: & se exer-  
cere in mandatis illius festinat: quid ali-  
ud in semetipso: nisi imaginē noui hoīs re-  
format: quod quia in sanctorū cordib; in-  
cessanter agit: recte nūc de animalibus dicit

**[ Similitudo hominis in eis. ]**  
**C** Post hāc vero similitudinē que nūc in  
moribus tenet: quādoq; ad similitudinē  
glorie peruenit. **H**inc etem̄ **J**ohānes dī-  
cit: **I**stunc filij dei sumus: & nō dum appa-  
ruit quid erim;? **S**cimus autē quoniam ap-  
paruerit similes ei erim;. **1. Job. 3.** **Q**ui  
moynde hoc fieri valeat: adūgit dicens  
**Q**uoniam videbimus eū sicuti est. **E**ssē ere-  
nim dei est eternū hūc atq; in cōmutabilē  
permanere. **N**am omne qd est mutabile  
desinet esse qd fuit: & incipit esse quod nō  
fuit. **D**ei vero esse est dissimiliter nunq; ei-  
se. **U**nde ad moysen dī: **E**go sum q̄ sum.  
**Exo. 3.** & dices filijs israel. **Q**ui est: misit  
me ad vos. **J**acobus q; ait: **A**puđ quē nō  
est trāsmutatio: nec vicissitudis obumbra-  
tio. **J**aco. 1. **I**taq; per **J**obez dicit: **S**imi-  
les ei erimus: qm̄ videbimus eū: sicuti est  
**Q**uia per hoc qd aspiciū; eius essentia  
nature: a mutabilitate nostra liberati figi-  
mur in eternitate. **I**mmutabimur quippe  
in ipso quē videbimus: qz morte caremus  
videndo vitā. **M**utabilitatē nostrā trāns-  
cendem; videndo imutabilitatē: corrup-  
tionē nullaten; tenebimur vidēdo in cor-  
ruptionē. **E**rit autē tūc similitudo hoīs eti-  
am in corpibus nris. **H**inc etem̄ per **p**an-  
lā dicit: **I**stā uersatio in celis est. **Phil.**  
**3.** **U**nde etiā saluatorē expectamus dñm  
iesum xpm; q̄ reformauit corpus hūilitatē  
nostrę figuratū corpi claritatis sue **E**rit  
tūc electoz corpa claritati dñici corpi-  
figurata: q̄ si equalitatē glorie eius nō  
hūt per naturā: similitudinē tñ figuratiōis  
eius habebūt per grāz. **Q**z itaq; similitudo  
vite ei; nūc in morib; trahit electoz: &  
resurrectione sequit; similitudo eternitatis in  
mente: qm̄ videbim; eū sicuti est. **E**t qz si  
similitudinē qz illius etiā corpa nra percipit;  
in configuratiōe dicat.

**[ Recte de sanctis animalibus  
similitudo hominis in eis. ]**

**H**ec nos in expositōis exordio p̄libasse suf-  
ficiat: vt loq̄ndi virt; silētio refort: ad id a-  
gāda misteria q̄ sequūt robustior exurgas



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Certi etenim sumus: quia ipm de quo lo-  
quimur habemus adiutorē: qui uiuit & re-  
gnat cū patre in unitate spiritus sancti de-  
us: per oīa secula seculorū amen.

**Explicit omelia. II.**

**Incipit Omelia. III. que in  
interpretat primū capitulū ab il-  
la parte. Quattuor facies vni:  
vsq; ad illam partē in eodē capi-  
tulo. Similitudo autēz vultus  
eorū facies hoīs & facies leonis.**

**S**ancta quattuor animalia que  
pphēcie spiritu futura preut-  
dent: subtili naratōe describū-  
tur cum dicitur:

**Quattuor facies vni: & quat-  
tuor penne vni.]**

**Q**uid per faciē: nisi noticiā? & quid per  
pennas: nisi volatus exprimit? Per faciē  
quippe vnusquisq; cognoscit: per pennā  
vero in altū auiū corpora subleuant. Fa-  
cies itaq; ad fidē pertinet: penna ad cō-  
templationē. Per fidem nāq; ab omni po-  
tenti deo cognoscimur: sicut ipse de suis  
ouibus dicit: Ego sum pastor bonus: & co-  
gnosco oues meas: & cognoscūt me mee.  
Jobis. 10. Qui rursus ait: Ego scio q̄s  
elegerim. Jobis. 13. Per cōtemplationē  
vero: qz sup nosmetipsos tollimur: q̄si in  
aera leuamur. Quattuor ergo facies vni  
sunt: quia si requiras: quid Matheus de  
incarnationē dñi sentiat: hoc nimirū sentit  
quod Marcus: Lucas & Jobānes. Si  
queras: quid Jobānes sentiat: hoc p̄cul  
dubio q̄s Lucas marcus & matheus. Si  
queras: q̄d marcus: hoc q̄s matheus: iohes &  
lucas. Si queras q̄d lucas: hoc q̄s iohes  
matheus et marcus sentit. Quattuor ḡ  
facies vni sunt: quia noticiā fidei qua co-  
gnoscut a deo: ip̄a est in vno que est simi-  
lis in quattuor. Quicquid em̄ in vno in-  
ueneris: hoc in omnibus simul quattuor re-  
cte cognosces. Et quattuor penne vni: qz

dei omnipotentis filiū dominū nostrū iēsu  
xpm simul omnes cōcorditer predicāt: et  
ad diuinitatē eius mētis oculos leuātes  
penna cōtemplatiōis volūt. Euangeliis  
starū ergo facies ad humanitatē dñi per-  
tinet: pēna ad diuinitatē: quia in eo quē  
corporeū aspiciūt: quasi facies intendūt.  
Sed dū hunc esse in circūscriptū: atq; in  
corporeū ex diuinitate adnūciant: per cō-  
templatiōis pennā quasi in aere leuant.  
Quia itaq; & vna est fides incarnatiōis  
eius in omnibus: & par cōtemplatio diui-  
nitatis eius in singulis: recte nūc dicitur:

**Quattuor facies vni: & quat-  
tuor penne vni.]**

**S**ed que virtus esset: si fidē atq; cōtem-  
plationē dñi: habentes p̄dicatores illius  
sancta opera nō haberent. Sequit.

**Et pedes eorū pedes recti.]**

**Q**uid per pedes: nisi gressus actū des-  
ignant? Quattuor ergo animalū pedes  
recti esse describunt: quia sanctorū euāge-  
listarū atq; omnīū perfectōrū opera ad ses-  
quendā iniquitatē nō sunt reuorta. Hi au-  
tē pedes rectoros non habent: qui ad mala  
mūdi que reliquerāt reflectunt. De qui-  
bus scriptū est. Canis reuersus ad suū vo-  
mitū: & sus lota in volutabro luti. 2. Pe-  
tri. 2. Dolebat de quibusdā doctor egre-  
gius q̄s pedū rectitudines retro retorserāt:  
q̄bus per increpationē dicebat. Quo  
modo cōuertimini iterū ad infirma & ego  
na elemēta: quibus denuo seruire vultis  
dies obseruatis & tempa & annos: timeo  
vos ne forte sine causa laborauerim in vo-  
bis. Gal. 4. Qui alios admonet dicēs:  
Propter q̄s remissas manus & soluta ge-  
nua erigite: & gressus rectos facite pedi-  
bus vestris. Heb. 12. At vero in eisdem  
scitis p̄dicatozib⁹ vite grauitas fortitudo  
atq; discretio monstraret: recte subiūgit.

**Planta pedis eorū quasi plan-  
ta pedis vituli.]**

**Q**uia em̄ p̄dicatores sancti boū noīe  
designant: docet paulus apostolus legis



testimoniū exponens. Non obturabis os  
 bouis trituratis. 1. Corin. 9. Deutro. 25.  
 In sanctis ergo predicatoribus plāta pe-  
 dis est vituli: scz mature incedens: et for-  
 tis et diuisa: quia vnusquisq; predicator et  
 venerationē habet in maturitate: et fortit-  
 tudinē in opere: et diuisionē vngule in di-  
 scretioē. Non enim facile predicatio ei⁹ ac-  
 cipit: si leuis in moribus esse videat. Et  
 nulla erit maturitatis ostensio: si cōtra ad-  
 uersa omnia non asuerit operis fortitudo.  
 Virtutis autē meritū ipsa fortitudo ope-  
 ris amittit: si discretio in intellectu nō fu-  
 erit. Ecce enim sacram scri pturā legimus:  
 si omnia ad litterā sentimus. Virtutē di-  
 scretiois amittimus: si omnia ad spiritalē al-  
 legoriā ducimus: si omnia ad indiscretiois  
 stulticiā ligamur. Legūt enim sacra elo-  
 quia p̄dicatores sancti: et aliquādo in hy-  
 storia litterā suscipiūt: aliquādo vero per  
 significationē littere spiritū requirūt. Et  
 modo bona facta patrū precedentiū sicut  
 iuxta litterā inueniūt: imitat. Mōdo que  
 dā que iuxta hy storiā imitanda nō sunt:  
 spiritaliter intelligūt: et ad profectū ten-  
 dūt. Quid ergo aliud p̄dicatores sancti  
 in suo opere: nisi in pede vngulā findūt?  
 De quibus ad huc apte subdit.

**[Et scintille quasi aspect⁹ eris  
 candentis.]**

Es metallū valde sonoz est: et recte vo-  
 ces predicantiū eri comparant. Quia in  
 omnē terrā exiit sonus eoz: et in fines or-  
 bis terre verba eoz. ps. 18. Bene autem  
 es cādens dicit: quia vita predicantiū so-  
 nat et ardet. Ardet enim desiderio: sonat, ver-  
 bo. Es ergo candens: est predicatio accē-  
 sa. Sed de cādenti ere scintille procedūt:  
 quia de eoz exhortatiōibus verba flama-  
 mantia ad aures audiētiū procedūt. Re-  
 cte autē predicatorū verba scintille appel-  
 lantur: qui eos quos in corde tetige-  
 rint: incendunt. Considerandū quoq; est  
 qd scintille subriles valde et tennes sunt:  
 quia cū predicatorēs sancti de celesti pa-  
 tria loquūtur: non tantū valent apire ver-

bo quantū possunt ardere desiderio: et ex  
 eoz lingua: quasi quedā ad nos scintille  
 veniūt: quia de celesti patria in eoz voce  
 vix tenue aliquid cognoscit: quod tamen  
 ab eis nō tenuiter cremat. Neq; enim cele-  
 stem gloriā aut tantū videre sufficit: quā-  
 tum est: aut tantū loqui preualēt: quantū  
 vidēt. Candens ergo es scintillas p̄icit  
 quādo vix tenuiter p̄dicatoz loqui sufficit  
 hoc: vnde ip̄o fortiter ignescit. Di. ina au-  
 tē pietate agit: vt ex ip̄is scintillis tenuis-  
 simis audiētis animus inflammet. Quia  
 sunt quidā qui duz parua audiūt: maiori  
 desiderio replētur: et inde perfecte in dei  
 amore ardēt: vnde vix tenuissimas verbo-  
 borū scintillas acceperūt. Verbū quippe  
 predicatoris semen in corde audiētis est:  
 et auditor bonus: inde profert postmodū  
 magnā messem sciētis: vnde parū p̄i⁹ ac-  
 ceperat sonū lingue. Cui rei bene cōcinit  
 factū in vidua ab helyseo p̄pheta miracu-  
 lū: que ne duos filios auferētē creditore  
 amitteret: p̄phete dicitū obediuit: et ex eo  
 qd parū olei habebat: per vasa vacua epe-  
 fudit: que cūcta post vsq; ad summū reple-  
 ta sunt: et ex eoz repletioē mulieris credi-  
 toris sui debito est soluta. 4. Regū. 4.  
 Que videlicet mulier quā aliā: nisi san-  
 ctā ecclesiā signat: duoz populoz: id est  
 iudaei et gentilis: quasi duoz filioz ma-  
 trē. Que prius ex peruerso opere per cal-  
 lidi spiritus suasionē: quasi quedā pecca-  
 ti nummū a creditore acceperat: et duos  
 quos in fide genuit: amittere filios time-  
 bar. Sed p̄phete verbis: id est scripture  
 sacre p̄ceptis obediēs: ex paruo quod ha-  
 bebat olei vasa vacua infudit: quia dum  
 ab vnius ore doctozis: parū quid de amo-  
 re diuinitatis multoz vacue mētes audi-  
 unt: exuberāte grā vnguento diuini amo-  
 ris vsq; ad summū replent. Et iam nunc  
 multoz corda que prius fuerāt vacua va-  
 scula vngento spiritus plena sunt: que ex  
 paucitate olei solummodo infusa videbant.  
 Quod vñ alijs atq; alijs daf: et ab audi-  
 toribus fides accipit: sarepta mulier vide-  
 licet sancta ecclesia sub creditoris sui iam



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

debito non tenetur. Sequitur.

**[Et manus hominis sub pennis eorum in quattuor partes.]**

**[** Possunt hoc in loco per quattuor partes regionis quattuor partes mundi accipi. scilicet: oriens: occidens: meridies: et septentrio: quia sanctorum predicatio auctore deo in cunctis mundi partibus est egressa: possumus etiam per quattuor partes principales quattuor virtutes accipere: ex quibus relique virtutes oriuntur: videlicet: Prudentia: fortitudo: iusticia: atque temperantia: quas nimirum virtutes sic veraciter accipimus: cum earum ordinem custodimus. Prima quippe prudentia. Secunda fortitudo. Tercia iusticia. Quarta temperantia est. Quid enim potest prudentia si fortitudo desit? Scire etenim cuiquam quod non potest facere pena magis est quam virtus. Sed qui prudenter intelligit quod agatur: et fortiter agit quod intellexerit: iam proculdubio iustus est: sed eius iusticia temperantia sequi debet. Quia plerumque iusticia si modum non habet: in crudelitate cadit. Ipsa ergo iusticia vere iusticia est: que si temperantie freno moderatur: ut in zelo quo quisque feruet: sit etiam temperans: ne si plus ferueat: perdat iusticia: cuius seruare moderamina ignorat. Due autem sunt predicatorum sanctorum vite actiua scilicet et contemplatiua. Sed actiua prior est tempore quam contemplatiua: quia ex bono opere tendit ad contemplationem. Contemplatiua autem maior est merito quam actiua: quia hec in usu presentis operis laborat: illa vero sapientie intuitu venturam iam requirit degustat. Quid itaque per manus: nisi actiua? et quid per pennas: nisi contemplatiua vita designatur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est: id est virtus operis sub volatu contemplatiua. Quod bene in euangelio due ille mulieres designat: martha scilicet et maria. Martha etenim satagebat circa frequens ministerium: maria autem sedebat ad pedes domini et audiebat verba eius. Luce. 10. Erat ergo una intentio operis: altera autem contemplatiua. Una actiua seruiebat per exteri-

us ministerium: altera contemplatiua per suspensionem cordis in verbis. Et quis actiua bona sit: melior tamen est contemplatiua: quia ista cum mortali vita desinat: illa vero immortalis vita plenius exerceat. Unde dicitur. Maria optima parte elegit: que non auferet ab ea. Ioh. 12. Quia igitur actiua minor est merito quam contemplatiua: res etiam nunc dicitur. Manus hominis sub pennis eorum. Nam et si per actiua boni aliquid agimus: ad celestem tamen desiderium per contemplatiua volamus. Unde et apud moysen actiua seruitus: contemplatiua autem libertas vocat. Et cum vtraque vita ex dono sit gratie: quid tamen inter proximos vitium: una nobis in necessitate est: altera in voluntate. Ante enim cognoscens dei ad eius regnum ingreditur: nisi bene prius operetur? Sine contemplatiua ergo vita intrare possunt ad celestem patriam: quia bona que prius operari non negligunt. Sine actiua autem intrare non possunt: si negligunt operari que possunt. Illa ergo in necessitate hec in voluntate est. Illa in seruitute: ista in libertate. Hinc est etiam quod ad Moysen dicitur: Si emeris seruus hebreorum: sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat. Si habet uxorem: et uxor egredietur simul: sin autem dederit illi dominus uxorem et peperit filios et filias: mulier et liberi eius erunt domini tui: ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus: diligo dominum meum et uxorem ac liberos: non egredietur liber: offerat enim dominus dijs et applicabit ad hostium et postes: perforabitque aurem eius subula: et erit seruus in seculo. Exod. 21. Paulo latius testimonium dedimus: ut distinctionem seruitutis atque libertatis in vtraque vita morem. Sed onerosum esse non debet: si hoc exponendo exequimur: unde ipsa hec que diximus affirmemus. Hebreus enim transiens interpretatur. Et seruus hebreus emittitur: quando vnusquisque qui iam ab hoc seculo mente transiit: seruitio omnipotentis dei subdit. Ille etenim vere deo seruire appetit: qui ab hoc seculo mente transire videt



erit. Sic moyses trāsīuit vt videret vltū  
 Sic dauid; cū videret impiū exaltatū & ele  
 uatū super cedros libani trāsīuit: & ecce  
 nō erat. ps. 36. Quia iniquoz potentias  
 esse magnū aliquid fortasse credimus: ni  
 si ad permanēs seculū mente trāsīeamus.  
 Seruus vero hebreus emptus sex annis  
 seruire precipitur: vt in septimo anno li  
 ber exeat gratis. Quid est per senarium  
 numerū: nisi actiue vite perfectio designa  
 tur? Quid per septenariū: nisi cōtemplati  
 uia exprimitur. Sex ergo annis seruit: & se  
 ptimo egreditur liber: qui per actiua quam  
 perfecte exhibuerit: ad contemplatiue vi  
 te libertatē transit. Et notandū q̄ gratis  
 liber egreditur: quia hi post q̄ orāta fecerint  
 dicūt se inuitiles seruos: eis p̄culdubio si  
 cur ipsa actiua fuit ex munere: ita erit ex  
 gratia etiā contemplatiua. Cū quali ve  
 ste intrauerit: cū tali exeat. Quia omnino  
 necesse est vt vnusquisq̄ nostrū in hoc q̄d  
 incipit perseueret: atq; vsq; ad finē ope  
 ris in ea quā inchoauit: intentiōe perdu  
 ret. Ille quippe bene ad cōtemplatiuam  
 trāsīt: qui in actiua vita intentiōis sue ve  
 stē ad deteriora nō mutauerit. Et sunt nō  
 nulli qui prius q̄ omnipotētis dei seruitio  
 in sancta cōuersione sociētis iam bona  
 operari diligūt. Sunt vero alij qui bona  
 opera post q̄ ad seruitiū omnipotētis dei  
 venerūt discūt. Qui ergo operationē bo  
 nā & prius q̄ ad dei seruitiū veniret habes  
 se studuit: hebreus seruus cū vxore empr  
 est. Et plerunq; is qui talis est: potest ad  
 cōtemplatiuā vitā transire: & tamen acti  
 uam nō deserere. Unde & illic subdit. Si  
 habens vxorē & vxor egrediat simul. Cū  
 eo est & vxor ad libertatē egreditur: q̄n is  
 qui ad cōtemplationē peruenit: etiā so  
 ris actionē boni operis qua p̄desse possit  
 alij: nō relinquit. Sin autē dominus ve  
 derit illi vxorē & pepererit filios & filias:  
 mulier & liberi eius erūt dñi sui: ipse vero  
 erit cū vestitu suo. Seruo empto domi  
 nus dat vxorē cum predicato: quisq; euz  
 quē iuri omnipotentis dei mancipauerit:  
 boni actioni cōiungit. Nam & predicator

rea domini vocant. Sicut helyseo p̄be  
 te de p̄dicatore suo dicit. Hic & dominus  
 tuus tollat a te. Vxor vero serui emptici  
 filios & filias parit: quādo bona actio for  
 tes vel teneros fructus generat. Sed mu  
 lier que a domino data est: idē domio cum  
 filijs remanet: ipse vero seruus exit cū ve  
 stitu suo: quia bona actio vel eiusdē bone  
 actiōis fructus p̄dicatois mercedi re  
 putant. Ipse vero in desiderij sui intentio  
 ne perdurās: per supernā gratiā ad contē  
 plationē liber egreditur. Qd si dixerit ser  
 uus: diligo dominū meū & vxorē ac libe  
 ros: nō egrediar liber. Seruus omni suū  
 diligit: quādo p̄dicatois verba sollicita  
 mente custodit. Vxorē quoq; amans &  
 liberos liber egredi recusat: quādo acti  
 uā vitam eiusq; fructus diligens: transire  
 ad contemplatiuā non vult: quia bona se  
 opera habere in misterij sui seruitute cō  
 siderās: ad libertatis quietē recusat sece  
 dere. Sed offerat eū dominus: dñs: & appli  
 cet ad ostiū & postes: & perforet aurē eius  
 subula: vt sit ei seruus in seculū. Is enim  
 qui in actiua disposuit vita perdurare a  
 domino dñs offerit: quādo a p̄dicatore  
 suo antiquozū patrum dictis imbuil: qui  
 nobis in via omnipotētis domini sacerdo  
 tes fuerūt: atq; ad ostiū & postes taber  
 naculi ducit: vt de ingressu celestis habi  
 taculi alius aliquid audiat: & tremēdi iu  
 dicij diem subtiliter cognoscat: ne per bo  
 na opera que facit: placere hominib; ap  
 petat. Sicq; auris eius subula perfora  
 tur: dñs mens illius timoris vel subtilitate  
 percussit: vt verbi acumine transfixa: per  
 omne quod agit nouerit ingressum regnē  
 semper attendere: et quasi ab ostio et po  
 ste tabernaculi perforatam aurem porta  
 re. Qui erit seruus in seculum: vt esse  
 post seculum liber possit. In seculo ete  
 nim seruus est: qui per actiuam vitam bo  
 minibus seruire disposuit: vt post ipse  
 sens seculum ad libertatem veram vale  
 at peruenire. De qua per Paulū dicitur.  
 Quia & ipsa creatura liberabit a seruitute  
 corruptionis in libertatē glorie filioz dei.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**Roñ. 8.** Tunc etiam vera in nobis liber-  
tas erit: cū ad gloriā filiorū dei adoptio  
nostra peruenierit. **Hic** vero non solū acti-  
ua vita in seruitute est: sed ipsa quoque con-  
templatio quā sup nos rapimur: liberta-  
tem mētis adhuc perfecte nō obtinet: sed  
imitat: quia illa que est intima in enigma-  
te videt. Ipsa tamen in quālibet sit contē-  
platiōis angustia actiua vita iā valde est  
latior: atque sublimior: que ad quādam mē-  
tis libertatē transit: temporalia nō cogitās  
sed eterna. Quia itaque cōtemplatiua vi-  
ta ad superiora euolat: et actiue vite lōge  
superest: quadā (vt ita dicā) dignitate se-  
curitatis sue apte nūc dicit.

**Et manus hoīs sub pennis eorū**

**S**i vero hoc in loco homo redēptor nos-  
ter accipit: manus hominis sub pennis eo-  
rū est: quia nisi dñs homo fieret: quis mē-  
tes p̄dicantiū ad celestia subleuasset. **Al-**  
**la** que apparēt anīalia non volarēt. **Hec**  
**in** merito manus hominis esse sub pennis  
dicit: quia de eodē redemptore nostro scri-  
ptū est. **Qui** cū sit splendor glorie et figu-  
ra substantie eius: portansque omnia verbo.  
**Hebre. 1.** Eius ergo manus corda nostra  
portāt: eius manus in p̄tationē nos  
subleuāt: nisi enim vt dictū est: om̄ipotēs  
verbū propter homines homo fieret: hu-  
mana corda ad cōtemplandā verbi excel-  
lentia non volarent. **Inde** ergo excelsē fa-  
cie sunt hominū mentes: vnde inter ho-  
mines apparuit humilis deus. **Dicit** ita-  
que de sanctis animalib⁹.

**Et manus hominis sub pen-  
nis eorum.]**

**De** quibus adhuc subditur.

**Et facies et pennas per quat-  
tuor partes habebāt: iūcte erāt  
pennę eorū alterius ad alterū.]**

**Per** quatuor partes: facies et pennas  
habēt: quia in cunctis mūdi regionib⁹ p̄-  
dicantes demōstrant: quicquid de huma-  
nitate: qui cōd de diuinitate nostri redem-  
ptoris sentiūt: quia dñi incarnatū deū vbi

que predicāt: in quattuor mūdi partibus su-  
ciem demonstrent. **Dñs** enim esse vnū cū  
patre et sancto spiritu annūciant: vbi que p̄-  
na cōtemplatiōis volant. **Quorū** pennę  
iūcte sunt alterius ad alterū: quia omnis  
eorū virtus: omnisque sapientia qua ceteros  
homines cōtemplatiōis sue volatu transcē-  
dūt: vicissim in pace sibi atque vnanimi-  
tate cōiungunt. **Unde** scriptū est. **Que** sur-  
sum sunt sapite. **Iaco. 3.** Sapientia primū  
pudica est: deinde pacifica. **Et** inde eisdē  
suis p̄dicatoribus veritas dicit: **Habete**  
**in** vobis sal: et pacē int̄ vos habete. **Mar-**  
**ci. 9.** Penna ergo animalū alterius ad  
alterū iungit: quia sanctorū p̄dicatorū vir-  
tus atque sapientia: vicissim sibi in charita-  
tis atque cōcordie pace sociat. **Penna** autē  
alterius ab altero diuisa esset: si in hoc quō  
vnusquisque in sapientia euolat: habere paz-  
cem cū altero recusaret. **Sequit.**

**Non reuertebant cū ince-  
derent: sed vnūquodque ante fa-  
ciem suam gradiebat.]**

**Penna** animalia videlicet p̄dicatores  
sancti cū incedūt: minime reuertūt: quia  
sic a terrenis actibus ad spiritalia pertrā-  
sūt: vt ad ea que relinquērūt vltim⁹ nullo  
latenus reflectant. **Quasi** enim per quā-  
dā viā eis incedere est mēte ire semp ad  
meliora. **Quo** cōtra de reprobis dicitur:  
**Quia** reuersi sunt corde in egyptū. **Per**  
semetipsam veritas dicit: **Nemo** mittens  
manū suā in aratrū: aspiciens retro aptus  
est regno dei. **Luce. 9.** **Manū** quippe in  
aratrū mittere est: quasi per quēdā com-  
punctiōis vomerē ad proficēdos fructus  
terraz sui cordis aperire. **Sed** retro post  
aratrū aspicit: qui post exordia boni ope-  
ris ad mala reuertit que reliquit. **Quod**  
quia electis dei minime cōtingit: recte nūc  
per prophetā dicitur:

**Non reuertebant cū incederēt.**

**Qui** cur nō reuertant indicat cū subiūgit

**Vnūquodque ante faciē suā  
gradiebatur.]**



Ante nos enim eterna sunt: post nos temporalia: quia et illa pergetes inuenimus? et ista recedentes quasi post vos sum reliquimus. Unde et magnū illud pennatū animal dicebat: quod versus ad celi tercij secreta volauerat. Anū vero que retro oblitus in ea que sunt ante extendēs me: sequor ad palmā superne vocatōis. Psal. 3. In anteriora etiam extensus eorum que retro sunt oblitus fuerat: quia temporalia despiciēs: sola que sunt eterna requirebat. Ante faciem ergo suam gradiunt sancta animalia: quia et ea que reliquerūt: nullo iam appetitu respiciūt: et in eternis que appetūt: sub cōtemplatiōis sue oculos honi operis pedem ponūt. Quisquis itaque iam ante faciem suā ambulare decreuerit: magna ei cōsideratiōe pensandū est: quod aliter retrospectiue ex opere: atque aliter ex cogitatōe. Sūt etiam quidā qui magna deliberāt: et peccatorū cōscij multa ex his que possidēt: egenis distribuere pertractāt: ut culpas suas ante dei oculos misericordie visceribus redimāt. Itaque hec operari inchoāt: et plerūque cū operant paupertatis timor eorum animū concutit: atque timētes ne egenas erigant tenaces sūt: seseque ab ea quā ceperāt: bona operatiōe suspendūt. Hi nimirū incedēs reuersi sunt: quia ante faciem suam ambulare noluerūt. Contra quos recte per salomonē dicitur: Propter frigus piger arare noluit: medicabit ergo estate et nō dabit ei. Prover. 20. Qui enim nūc propter pauorē mentis atque torporē bene operari negligit: cū sol iusticie in iudicio velut in estate claruerit: medicabit vitā: sed nō accipit: quia propter illā bona operari contempsit. Alius despectis carnis desiderijs cūcta relinquere: et omnipotentis dei se subdere seruitio pertractat: seseque ipsum restringere sub cōtinentie et castitatis freno deliberat: sed cū cecidisse alios etiā post castitatē conspiciat: hoc ipsum facere quod deliberat: pertimescit. Sicutque ut retro per cogitationē redeat: qui ad anteriora respiciens: iam mētis gressibus addita ibat. De quo bene per salomonem dicitur. Qui

obseruat ventū non seminat: et qui cōsiderat nubes: nunquā metit. Eccles. 11. Ventus quippe nocte maligni spiritus qui mentē temptatiōibus impellit. Nubis vero appellatiōe peccator exprimitur: qui temptatiōis impulsione cōmouet. Qui ergo attendit ventū non seminat: et qui cōsiderat nubes nunquā metit. Quia is qui temptatiōes maligni spiritus metatēs: et iniquorū lapsus cōspiciens: semetipsum desperat: neque nūc exerceat in bono semine operis: neque post reficit de munere iuste retributiōnis. Sunt vero nōnulli qui bona quidē que nouerūt operant: atque hec operantes meliora deliberāt: sed retractātes meliora que deliberāt immutāt: et quidē bona agūt que ceperāt: sed a melioribus que deliberauerāt succūbūt. Hi nimirū ante humana iudicia stare vident in opere: sed ante omnipotentis dei oculos ceciderūt in delibatiōe. Unde fit plerūque ut et bonum opus eorum minus deo placeat: quia cū pauore mētis in meliori gradu delibatiōnis incōstanter ponit: hoc ipsa cogitatiōis incōstantia accusat. Sed quia perfecti quique magna se discretiōis sublimitate: alius sublimitate conspiciūt: ne ad deteriora viderentur vel in opere vel in cogitatiōe dilabantur: quantum quotidie perficiāt incessanter pensant. Recte de his dicitur.

Non reuertebant cū incederent: sed unūquodque ante faciem suam gradiēbatur.

Inter hec igitur considerari libet nos: ad ista tractāda qui sumus: vnde venimur: et versus ad sacri eloquij mysteria perscrutanda subleuamur. Certe in antiquis parētibus nostris cultores idolorum fuimus: sed ecce per spiritū gratie verba iam celestia rimamur. Et de hoc nobis impleuit redemptor: humani generis quod per prophetā dixit. Et deserta in vbertatē versa ad uene comedēt. Isaie. 5. Hec quippe prophetarū dicta deserta apud iudeos fuerūt: quia per intellectū mysticū ea excolere inquirēdo noluerūt. Nobis autē in vberta



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

tem vera sunt: quia et iuxta hystoriam visio-  
nis dicta largiente deo menti nostre spiri-  
tali ter sapiunt: et iam aduene comedimus  
que ciues legis manducare noluerunt. Sit  
gratie vnigenito: sit laus eterne sapientie  
qui viuit et regnat cum patre in vnitrate spi-  
ritus sancti per omnia secula seculorum amen.

**Explicit omelia. III.**

**Incipit Omelia. III. que in  
terpretat in primo capitulo ab  
illa parte: Similitudo autem vul-  
tus eorum: vsque ad illam partem:  
Ubi erat impetus spiritus: il-  
luc gradiebatur.]**

**P** sanctum prophetie spiritum pe-  
nata animalia subtiliter descri-  
bunt: ut per hec euangelistarum  
significari personas. Ipa nobis  
subtilitas descriptio aperiat: nihilque ser-  
mo dei nostro intellectui dubitatis relin-  
quat. Ecce enim dicit.

**Similitudo autem vultus eo-  
rum facies hominis et facies leo-  
nis a dextris ipsorum: quattuor.  
Facies autem bouis a sinistris  
ipsorum: quattuor. Et facies aqui-  
le desuper ipsorum: quattuor.]**

**Ad** enim quattuor hec pennata animalia san-  
ctos quattuor euangelistas designent: ipsa  
vniuersitatis libri euangelice exordia testa-  
tur. Nam quod ab humana generatione cepit  
Iure per hominem Matheus. Quia per  
clamorem in deserto recte designat per leo-  
nem marcus. Quia a sacrificio exorsus est:  
bene per vitulum lucas. Quia vero a diuini-  
tate verbi cepit: digne per aquilam signi-  
ficat iohannes: qui dicit: In principio erat ver-  
bum: et verbum erat apud deum: et deus erat ver-  
bum. Jo. 1. Quis in ipsam diuinitatis substā-  
tiam intendit: quasi more aquile oculos in  
solē fixit. Sed quia electi omnes membra  
sunt redemptoris nostri. Ipse autem redem-  
ptor noster caput est omnium electorum: per hoc  
quod membra eius figurata sunt: nil obstat: si

etiā in his omnibus et ipse signet. Ipse enim vni-  
genitus dei filius veraciter factus est ho-  
mo. Ipse in sacrificio nostre redemptionis vi-  
gnatus est mori ut vitulus. Ipse per vir-  
tutem sue fortitudinis surrexit ut leo. Leo  
etiā apertis oculis dormire perhibet: quod  
in ipsa morte in qua ex humanitate redē-  
ptor noster dormire potuit: ex diuinitate  
sua immortalis permanendo, vigilauit. Ipse  
etiā post resurrectionem suam ascendens ad ce-  
los: in superioribus est eleuatus ut aquila.  
Totum ergo simul nobis est: quod et nascē-  
do homo: et moriēdo vitulus: et redurgēdo  
leo: et ad celos ascendendo aquila factus  
est. Sed quia per hec animalia euangelistas  
quattuor: et sub eorum specie simul perfectos  
omnes iam superius significari diximus: re-  
stat ut quomodo vnusquisque electorum istis  
animalium visionibus exprimitur: ostendamus.  
Omnes etenim electus atque in via domini per-  
fectus: homo et vitulus: et leo simul et  
aquila est. Homo est rationale animal: vitu-  
lus autem in sacrificio mactari solet. Leo  
vero fortis est: bestia sicut scriptum est. Leo  
fortissimus bestiarum ad nullius pauebit  
occursum. Aquila ad sublimia euolat: et  
irreuerberatis oculis solis radijs intendit.  
Quis itaque qui in ratione perfectus est:  
homo est: et quoniam semetipsum ad huiusmodi  
diuoluptate mortificat vitulus. Quia ve-  
ro ipsa sua spontanea mortificatio contra  
aduersa omnia fortitudinem securitatis habet.  
Unde scriptum est. Iustus autem quasi leo con-  
fidens absque terrore erit. Proverb. 28.  
leo est. Quia vero sublimiter contemplat  
igitur quoniam iustus quisque per rationem homo  
per sacrificium mortificationis sue vitulus  
per fortitudinem securitatis leo. Per con-  
templationem vero efficitur aquila. Recte per  
hec sancta animalia signari vnusquisque perfe-  
ctus potest. Quod Cicero dicitur: ut ea que  
de quattuor animalibus dicta sunt: pertine-  
re debet etiam ad perfectorum singulos demon-  
strare. Sed magna nobis de eiusdem euange-  
listis et sanctis predicantibus questio oritur.  
Cur homo et leo a dextris ipsorum: quattuor  
vitulus vero a sinistris ipsorum: quattuor est



se perhibet. Neq; est sine admiratiōe est  
 Cur duo illa a dextris: et unū hoc a sinis-  
 tris esse dicit. Et rursū querendū: cur  
 aquila nō a dextris vel sinistris: sed desu-  
 per ipsorū quattuor esse memorat. Quas  
 itaq; nobis questōes obicim⁹: quas oꝝ  
 vt aperiente dño dissoluimus. Homo igitur  
 et leo a dextris: vitulus vero a sinistris  
 esse perhibet. A dextris etiam leta: a sinis-  
 tris vero tristitia habem⁹. Unde et sinistra  
 nobis esse dicimus: hoc qđ aduersum esse  
 putam⁹: et sicut presari sumus. Per homi-  
 nē incarnatio: per vituli passio: per leonē  
 vero auctoris nostri resurrectio designat.  
 De incarnatione autē vnigeniti filij qua re-  
 dempti sumus omnes electi letari sūt. De  
 morte vero illius ipi electorū primi sancti  
 apostoli pristari: qui itē de eius resurre-  
 ctione gauisi sunt. Quia ergo eius et natis  
 utras et resurrectio leticiā discipulis pre-  
 buit: quos eius passio cōtristauit: homo et  
 leo a dextris: vitulus vero a sinistris eius  
 fuisse describit. Ipsi nāq; euangeliste san-  
 cti de eius humanitate gauisi sunt: de ei⁹  
 resurrectione cōfirmati: qui de eius passio-  
 ne fuerāt cōtristati. Homo ergo et leo eis  
 a dextris est: quia redemptionis nostri eos  
 incarnatio significauit: resurrectio firma-  
 uit. Sed vitulus a sinistris: quia mors il-  
 lius eos ad momentū temporis in infir-  
 mitate pstrant. Inre autē locus aquile nō  
 luxta: sed desuper esse describit: quia siue  
 per hoc qđ eius ascensionē signat: seu qz  
 verbū patris deū apud patē esse denūci-  
 at: super euāgelistas ceteros virtute cō-  
 stem platiōis excreuit. Cum quibus et si si-  
 mul de eius detrahs loquit: hanc tamē oī-  
 bus subtilius contemplat. Sed si aquila  
 cū tribus alijs adificia quattuor aialia es-  
 se memorant: nimirū quomodo desuper  
 iporū quattuor esse describit: nisi qz iohes  
 per hoc qđ in principio verbū vidit: etiā su-  
 per semetipm trāsijt. Nā nisi et se transfisset:  
 verbū in principio nō vidisset. Qui ergo  
 et semetipm transgressus est: nō iam solū  
 modo super tria: sed adiuncto et se super  
 quattuor fuit. Sequit.

**Et facies eorum et penne eo-**

**rum extente desuper.**

**F**acies et pēne extente desuper describū-  
 tur: qz oīs intentio omnīscꝝ contēplatio  
 sanctorū super se tēdit: vt illud possit ad  
 pisci qđ in celestib⁹ appetit. Siue em̄ ho-  
 no operi seu vero inuigilet p̄tēplatiō: tūc  
 veraciter hoc quod agit bonū ē: qđ ei cōs  
 placere cōcupiscit a quo est. Nam qui bo-  
 na agere videt: et per hoc nō deo: sed bo-  
 minib⁹ placere desiderat: intentiōis sue fa-  
 ciē deorsum p̄mit. Et qui iccirco in sa-  
 cro eloquio ea que diuinitatis sunt: cōtem-  
 plat: vt per hoc qđ intelligit: occupari ad  
 questōes possit: quia nō dulcedine quest-  
 te beatitudinis saciari appetit: sed deo  
 videri: iste nimirū intellectus sui pennas  
 desuper nō extendit. Sed quoniā sensus  
 sui vigilantia in tereno appetitu occupat  
 pennas quas leuare in aliu et quib⁹ suble-  
 uari ipse potuit: in imis deponit. Quia in-  
 re pensandū est vt omne bonū qđ agit: per  
 intentionē semper ad celestia leuet. Qui  
 em̄ per bona que facit: terrenā gloriā cōis  
 piscit: pēnas suas et faciē deorsum depra-  
 mit. Hinc em̄ per p̄phetā de quibusdā ob-  
 cit. Victimās in p̄fundo deferēbat. Die  
 5. Quid em̄ sunt aliud lachryme ofonis  
 nisi victime oblatiōis nr̄e: sic scriptū est.  
 Sacrificiū deo spūs tribulatus. ps. 50.  
 Et sunt nōnulli q̄ iccirco se in p̄ce lamēz  
 afficiūt: vt aut trena comoda acq̄rant: aut  
 hoībus sancti esse videant. Quid isti nisi  
 victimās in p̄fundo deferūt: q̄ per hoc qđ in-  
 imo sunt q̄ requirūt: orōis sue sacrificiū de-  
 orsū deponūt. Electi autē qz et in bono ope-  
 oīpōtēt deo placere appetūt: et per p̄tem  
 platiōis gratiam eternā iam beatitudinē  
 degustare cōcupiscūt: facies et pennas de-  
 super extendūt. Sequit.

**Due penne singulorū iunge-**

**bant: et due tegebāt corpa eorū.**  
**D**ictū fuerat. Et facies et pēne eorū extē-  
 te desup atq; mox subiunctū est hoc qđ p̄-  
 tulimus: qz due pēne singulorū iugebant.  
 Tbi ap̄te intelligit: qz extēdebant desup  
 et iugebant. Due vero tegebāt corpa eorū.  
 Quid autē pennas aialū: nisi ale nolant.



## Expositio beati Gregorii pape super Ezechielem

**Q**ua in re nobis diligenti persequutione querenda est: que sint quattuor penne sanctorum: ex quibus due superius exte-  
se iungunt: due vero eorum corpora tegunt.  
Si enim vigilanter aspicimus: quattuor esse virtutes inuenimus: que a terrenis actibus omne pennatum animal leuant. In futuris videlicet amor et spes: de preteritis autem timor et penitentia. Penne ergo sibi metum lucte superius extendunt: quia sanctorum mentes amor et spes ad superna eleuant. Due apertae quoque coniuncte nominantur: quia electi perculdubio: et amant celestia que sperant: et sperant que amant. Due vero corpora contegunt: quia timor et penitentia ab omnipotentis dei oculis eorum mala preterita abscondunt. Due itaque vnde dicitur est penne iunguntur sursum: quando amor et spes electorum corda ad superiora eleuant: ad celestia suspen-  
dunt. Due autem penne tegunt corpora: quando eorum mala preterita a prospectu eterni iudicis timor et penitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt: quia per-  
tinescunt et desunt: quid aliud quam corpus cooperiunt: qui peccata carnalia per superduta bona opera a districto examine abscondunt. Scriptum quippe est. Beati quoque remissa sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. ps. 31. Peccata enim tegimus cum bona facta malis actibus supponimus. Omne enim quod operis inferius ponitur: et hoc vnde operis desuper ducit. Quando ergo abdicamus mala que fecimus: et eligimus que faciamus bona: quasi tegimus et rei superducimus: quam erubescimus videre. Quilibet enim sancti viri in hac adhuc vita sunt: habent tamen quod ante dei oculos operire debeant. Quia omnino est impossibile ut aut in opere: aut in locutione: aut in cogitatione nunquam delinquant. Unde et beatus Iob qui perfecta quidem hominibus desiderat: dei tamen vocem audiens: seipsum de se sua perfecta locutione reprehendens dicebat. Danum meam ponam super os meum. Job. 39. In manu quippe operatio: in ore locutio est. Danum ergo super os ponere est peccata locutionis per virtutem boni operis

tegere. Libet fratres charissimi ad huius rei testimonium magistrum gentium vocare: qualiter sanctum illud animal alis quattuor innitatur aspicere: ex quibus duabus ad superiora euolat: duabus vero penibus eorum contegit: quia preterita que egerat abscondit. Videamus igitur quantum huius amor ad celestia eleuet. Mibi visere christus est et mori lucrui. Phil. 1. Cognoscimus quanta spes ad superiora tollit. Nostra conuersatio in celis est: vnde etiam saluatore expectamus dominum nostrum Iesum christum. Phil. 3. Videamus si et in tantis virtutibus positus ad huc timeret. Castigo corpus meum et in seruitute subjectione forte cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar. 1. Corinth. 9. Cognoscimus si hunc mala fecisse peniteat. Ego sum minimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus: quia persecutor sum ecclesie dei. 1. Corinth. 25. In cuius verbis quid aliud quam duritia nostre mentis accusatur: quia ipse plangit quod ante baptismum commiserat. Nos vero et post baptismum multa commisimus: et tamen flere recusamus. Quattuor itaque penes sancta animalia videntur: quia per amorem et penitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quod dicitur est. Due penne singulorum iungebantur. Hoc fortasse intelligitur: quod non pennas proprias eleuantes iungantur: sed vniuersa ad alterum penne coniuncte sunt: ut penne videlicet eleuante victis sibi in coniunctione concordent. Quia in re questio oritur: quia si due penne que eleuantur amor et spes. Due vero que corpora contegunt: timorem et penitentiam designant. Cur due que extense sunt: dicuntur esse coniuncte: et due que corpora contegunt non dicuntur. Sed hac in re facilis largiente domino ratio occurrit. Ad sanctorum penne coniuncte sunt amor et spes. Due vero penne que corpora contegunt: sibi metipsis ad alterutrum coniuncte non sunt: timor et penitentia. Pavidus enim pro lapsu carnis timido et penitendo affligitur. Petrus casu perfidie fleuit amare. Paulus in se crudelitatem preterite persecutionis plangit. Omnes tamen vnam patriam appetunt: ad vnum auctorem



rem omnium peruenire festinat. **D**ue ergo singulorum penne coniuncte sunt: et due non sunt: quia per amorem et spem: unum est quod desiderant. Sed per timorem et penitentiam diuersum est quod deplorant. Sequitur.

**[Et unumquodque eorum ante faciem suam ambulabat.]**

**D**icitur superius fuerat. **U**nūquodque eorum ante faciem suam gradiebat: nunc autem dicitur. **C**orā facie sua ambulabat. **I**ta itaque repetita videtur esse sententia. Sed quia corā in presenti dicimus: possumus subtilius inquirere discernere: quod aliud sit ante faciem ambulare: atque aliud in presenti. **A**n te faciem quippe ambulare est anteriora appetere. **I**n presenti vero ambulare est sibi metipsum absentem non esse. **O**mnis etenim iustus qui vitam suam sollicitus aspicit: et diligenter considerat quantum cotidie in bonis crescat: aut fortasse quantum a bonis decrescat. **I**ste quia se ante se ponit: corā se ambulat. **Q**uipe qui vigilanter videt: vtrum surgat: an desinat: quisquis vero vite sue custodiam negligit discurter: quod agit: que loquitur: que cogitat: aut despicit: aut nescit: corā se iste non ambulat. **Q**uia qualis sit in moribus suis vel actibus ignorat: nec sibi metipsum presens est: qui semetipsum cotidie exquirere: atque cognoscere sollicitus non est. **I**lle autem veraciter se ante se ponit sibi: qui in presenti est: qui se in suis actibus tantum alium attendit. **N**am sunt multa peccata que committimus: sed licet eo nobis grauis non videtur: quia priuato nos amore diligentes: clausis nobis oculis in nostra deceptio blandimur. **U**nde fit plerumque ut et nostra grauis leuiter et proximorum mala leuia grauitate iudicemus. **S**criptum quippe est. **E**rit homines seipsum amantes. **i. j. Timoth. 3.** **E**t scimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. **E**t quo fit ut hoc quod nos agimus et graue esse non estimamus. **P**lerumque agat a proximo: et nimis nobis detestabile esse videat. **S**ed quare hoc quod in nobis vile esse videbat: graue esse videt in proximo: nisi quia nec

nos sicut proximus: nec proximum conspiciamus sicut nos. **S**i enim nos sicut proximum aspiceremus: nostra reprehensibilia districte videremus. **E**t rursum si proximum aspicerem: ut nos: nunquam nobis eius actio appareret intolerabilis: qui sepe fortasse talia egimus: et nil nos proximo intolerabile fecisse putabamus. **H**oc male diuisum mentis nostre iudicium corrigere: per legis preceptum moyses studuit: cum dixit ut iustus deberet esse modicus: equusque sextarius. **L**euit. 19. **H**inc salomon ait: **P**ondus et pondus: mensura et mensura: vtrumque abhominabile est apud deum. **P**rouerb. 20. **S**cimus quia in negotiorum duplici pondere aliud maius: aliud minus est. **N**am aliud pondus habet ad quod pensant sibi: et aliud pondus ad quod pensant proximo. **A**d dandum pondera leuiora: ad accipiendum vero grauiora preparant. **O**mnis itaque homo qui aliter pensat ea que sunt proximi: et aliter ea que sunt sua sunt: pondus et pondus habet: vtrumque autem abhominabile est apud deum. **Q**uia si sic proximum ut se diligeret: hunc in bonis sicut se amaret: et sic se sicut proximum aspiceret se in malis sicut proximum indicaret. **D**ebemus ergo nosmetipsos sollicitos sicut alios videre: nos quoque ipsos ut distans est: ante nos ponere: ut penata anima lia imitates incessanter: ne nesciamus quod agamus: corā facie nostra semper ambulemus. **P**eruersi autem sicut paulo ante iam diximus: corā facie sua non ambulat: quia ea que agunt nunquam considerant: ad interitum tendunt: in prauis actibus exultant. **D**e quibus scriptum est. **Q**ui letant cum malefecerint: et exultant in rebus pessimis. **P**rouerb. 2. **S**epe vero iustus qui eos conspicit deflet: sed ipsi freneticorum more plangunt et risident. **A**lij indigentibus de rebus propriis multa largiunt: sed cum occasione tempus inuenerint indigentes opprimunt eosque qui bus valuerint rapinis deuastant: ponunt ante cogitationis sue oculos bona que faciunt: et non ponunt pessima que committunt. **H**ic videlicet corā facie sua non ambulat: quod si sibi metipsum presentes essent: cuncta subtiliter



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

que agunt viderent: qualiter bona opera malis actibus perdant: agnoscerent. Sicut scriptum est. **E**t qui mercedes congregavit: misit eas in sacculum pertusum. **Aggei. 1.** De pertuso quippe saculo aliunde erit: quod aliunde mittit: quia indiscrete mentis mercede que ex bono opere acquiritur: non aspiciunt: quomodo ex malo opere perdat. Alius castitatem servat corporis: sed vigilanter circumspicit: ne quid foris reprehensibiliter admittat: suis contentus est: aliena non diripit: sed tamen in corde odium fortasse contra proximum servat: cum scriptum sit. **Qui odit fratrem suum homicida est. 1. Jobis. 3.** Considerat quod sit mundus foris in opere: et non perpendit quod sit crudelis in mente. **Quid iste: nisi sibi metipsum absens est: qui in cordis sui tenebris abulat: et ignorat.** Alius iam aliena non diripit: iam corpus ab immundicia custodit: iam mente pura proximum diligit: et malorum preteritorum conscientiam laetis se in precibus afficit: sed finita pace letat: de quibus in hoc mundo gaudere requirit: et temporalibus gaudijs egentem animam dimittit: nec curat ne in eo lachrymarum mensuram immoderata gaudia transeat. **Sitque ut bonum minime ridendo perdat quod plangendo lucratus est.** Sic itaque coram facie sua non ambulat: quia vana que ve parit: conspiciere recusat. **Scriptum quippe est. Cor sapientium ubi tristitia est: et cor stultorum ubi leticia. Eccles. 7.** In cunctis ergo que agimus diligenter nosmetipsos conspiciere interius et exterius debemus: ut pennata animalia sequentes nobismetipsis presentes simus: et coram facie nostra semper ambulemus: habentes adiutorem unicum patris Jesum Christum dominum nostrum: qui cum eo vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

**Explicit Omelia. III.**

**Incipit Omelia. V. que interpretatur in primo capitulo ab illa parte: Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebant: usque ad il-**

**lam partem. Cumque aspicerent animalia apparuit rota una.]**

**Q**uam mira est profunditas eorum quorum dei: liber hunc intendere: res: liber eius intima gratia ducere penetrare. Hanc quotiens ad intelligendum discutimus: quid aliud quam silvarum opacitate ingredimur: ut in eius refrigerio ob hunc seculi estibus abscondamur: **Ubiq; viridissimas sententiarum herbas legendo carpinus: tractando ruminamus.** In ea locutione que ad vos fratres charissimam nudius tertius facta est: qualiter ostensa animalia vel redemptorem nostrum vel quattuor eius evangelistas atque perfectos omnes significet: dictum est: quorum videlicet animalium ad hunc subtilius virtus exprimitur: ut ad eorum imitationem nos quoque infirmi et despicabiles in quantum domino largiente possumus extedamur. **Ecc. enim dicitur. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur.]**

In electis et reprobis diversi sunt impetus: in electis videlicet impetus spiritus in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium: ad elationem: ad immunditiam: ad rapinam: ad exteriorum gloriam: ad crudelitatem: ad perfidiam: ad desperationem: ad iram: ad iurgia: ad voluptates animi impellit. Impetus vero spiritus: ad charitatem: ad humilitatem: ad contentum: ad largitatem misericordie: ad interiorum profectum: ad pietatis opera: ad eternorum fidem: ad spem sequentis gaudij: ad patientiam: ad pacem: ad considerationem vite mortalium: ad lachrymas mentem pertrahit. **Unde necesse est ut magna semper cura considerare debeamus in omne que agimus: quis nos impetus ducat: utrum nostra cogitatio per impetum carnis: an per impetum spiritus impellat? Amare etenim terrena: temporalia eternis preponere: exteriora bona non ad usum necessarium habere: sed ad voluptatem concupiscere: vitionem de inimico quaerere: de emuli casu gaudere impetus carnis**



nis est. At contra amare celestia: cōtem-  
pnerē transitoria: nō ad fluxum volupta-  
tis transitorie: sed ad usum necessitatis que-  
rere de inimici morte tribulari impetus  
spiritus est. Et quia perfecti quicq; qui in  
istis se semper virtutibus exercēt. Recte  
nūc de sanctis animalibus dicit:

**[Ubi erat impetus spiritus:  
illuc gradiebantur.]**

**[Sed sciendū nobis est q; plerūq; ad ipe-  
tus carnis se sub velamine spiritualis im-  
petus palliat: et qđ carnaliter facit: men-  
tis sibi ipsa cogitatio: quia hoc spiritualiter  
faciat. Nam sepe iracūdie stimulus vici-  
contra delinquentes zelo vlciscende iusti-  
cie plus q; necesse est inflammat: et iusticie  
limitē in vltionē transiēs: agit crudeliter  
qđ se iuste agere suspicat. Impetus igit  
carnis huic sub specie spiritus velat<sup>9</sup> est:  
quādo hoc quod recte alis iuste agi credi-  
tur: sub discretiōis moderamine nō tene-  
tur. Et sepe alius nimie māfuerudini stu-  
dēs: sublectoꝝ vicia aspicit: atq; hec per  
feruorē zeli corrigere recusat: que in eis  
crudeliter nō corrigendo multiplicat: at-  
q; vt eius lenitas et sibi sit et subiectis ini-  
mica: qui torporē mentis sue: quia patie-  
tiā deputat: per carnis spiritū ab impetu  
spiritus elongat. Prima ergo nos cogi-  
tatio in requisitōe nostri cordis debet ex-  
cutere: ne ad quedā que agim<sup>9</sup> per aper-  
tū carnis impetū ducamur: ne prius dele-  
ctatiōibus animus seductus mala esse co-  
gnoscat: et tamē faciat. Secūda vero nos  
cura debet vigilātes reddere: ne se impe-  
tus carnis: quasi impetus spiritus latēter  
subijciat: et culpas quas agim<sup>9</sup> nobis vir-  
tutes fingat. Sciendū vero est: quia gra-  
uiores culpe sunt: que supducta specie vir-  
tutes imitant: quia ille in aperto cognite  
animū in confusione deijciūt: atq; ad peni-  
tentiā trabūt: iste vero nō solū in peniten-  
tiā nō humiliat: sed etiā mentē operan-  
tis eleuāt: dum virtutes putant. Hoc au-  
tē quod de sanctis animalibus dictū superi-  
us fuerat: vt altius cōfirmet itē replicat**

**[Non reuertebant cum am-  
bularent.]**

**[Et electi quicq; sic ad bona tendūt: vt ma-  
la perpetrāda non redeāt. Qui em̄ perse-  
uerauerit vsq; in finē: hic salu<sup>9</sup> erit. Mas-  
tibi. i. et. 4. Et sicut per salomonē dicit:  
Iustoz semita quasi lux splendēs pcedit  
et crescit vsq; ad perfectū diē. In eoz nā:  
q; animo bonū desiderū atq; intellectus  
lucis intime iā pars diē est: sed quia vsq;  
ad finē vite in virtute proficiūt: ad perfe-  
ctū diē tunc veniūt: quādo ad regna ce-  
lestia perducti: in ea luce quā desiderant:  
iam minus aliquid nō habebūt. Sequit<sup>9</sup>  
**[Et similitudo animalium et  
aspectus eorum quasi carbonuz  
ignis ardentium: et quasi aspe-  
ctus lampadarum.]****

**[Aspectus animalū carbonib<sup>9</sup> ignis ar-  
dentibus atq; lampadibus comparant<sup>9</sup>.  
Quisquis em̄ carbonē tangit incendit:  
quia qui sancto viro adheret et eius assī-  
ditate visionis: vsu locutiōis: exemplo  
opis accipit vt accendat in amorē verita-  
tis: peccatoꝝ suoz tenebras fugiat: in de-  
siderio lucis exardescat: vt iā p verū amo-  
rē ardeat: qui prius in iniquitate tū mortu<sup>9</sup>  
quantū frigidus iacebat. Lampades vō  
lucē suā longius spargūt: et cū in alio loco  
sint: in alio resplendēt. Qui em̄ spiritū p-  
pheticē: verbo doctrine: miraculoꝝ pollet  
grā: huius opinio longe lateq; vt lāpas  
lucet: et quicq; bona eius audiūt: q; p hec  
ad amorē celestium surgunt: in eo qđ se per  
bona opera exhibent: quasi ex lampadis  
lumine resplendēt. Quia ergo sancti vis-  
ri quosdā iuxta se positos: quasi tangen-  
do ad amorē patrie celestis accendūt: car-  
bones sunt. Quia vero quibusdā et lōge  
positis lucent: eoz itinera ne in pe. i sui te-  
nebras corruāt: lāpades sūt. Hoc vō in-  
ter carbones et lampades distat: qđ carbo-  
nes ardēt quidē: sed eius loci in quo iacu-  
erit tenebras nō expellūt. Lampades au-  
tē q; magno flāmaz luie resplendēt: dis-**



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

fulas circūquaq; tenebras effugāt. **Q**ua ex re notandū est: quia sunt pleriq; sancto rū ita simplices et occulti: se seq; in locis minoribus sub magno silētio cōtegentes vt vix eorum vita ab alijs possit agnosci. **Q**uid itaq; isti nō carbōes sunt: qui et ipi per feruorē spiritus ardozē habent: tamē exempli flammā non habēt: nec in alienis cordibus tenebras peccatoz; vincūt: quia vitā suam omnino sciri refugunt. **S**ibimet ipis quidē accensi sunt: sed alijs in exemplū luminis nō sunt. **H**i autē qui et exempla virtutū prerogāt: et lumē boni operis per vitā et verbū itinerātib; alijs errantibus demonstrāt: iure lampades appellātur: quia et per ardozē desiderij et per flammā verbi a peccatoz; cordibus erroris tenebras repellūt. **Q**ui igit in occulto bene viuūt: sed alieno puectui minime proficit: carbo est. **Q**ui vero in imitatiōe sanctitatis positus: lumen ex se rectitudinis multis demonstrat: lāpas est: quia sibi ardet et alijs lucet. **Sequit.**

**[Et hec erat visio discurrens in medio animalū splendor ignis et de igne fulgur egrediens.]**

**S**plendor ignis et de igne fulgur egrediens in medio animalū discurrens videtur. **Q**uia nisi ab igne veritatis illa pennata animalia calore susciperēt: ipsa in carib; bonū atq; lampadarū similitudinē nō arderent. **I**gnis em̄ nomie sancti spiritus figurari solet: de quo in euāgelio dñs dicit: **I**gnē veni mittere in terrā: et quid volo nisi vt accendat? **Luce. 12.** **C**um enim carnalis mens sanctū spiritū accipit: spiritali amore succensa malū plangit qđ fecit et terra ardet: quādo accusante se cōscientia cor peccatoz; vixit: atq; in dolore penitentie cremat. **H**inc rursus scriptum est. **D**eus tuus ignis cōsumens est. **Deutro. 4.** **Q**uia em̄ mentē quā repleuerit: eam a peccatoz; rubigine mundā reddit creator noster: et ignis dicit et cōsumens. **S**anctus ergo spiritus in medio animalū splendor ignis: et de igne fulgur egrediens di-

scurrere dicit: quia vniuersam ecclesiā replens: in electoz; cordibus ex seipso flammās amoris projicit: vt coruscet fulgoris more per terrozē feriat: et ad amorē suum corda torpētia accēdat. **S**ed quia sanctus spiritus deus ante secula patri est et filio coeternus: querendū nobis est cur discurrere dicat. **O**m̄is etenim qui discurret accedit ad locū in quo non fuit: et cū deserit in quo fuit. **Q**ua igit ratio discurrere spiritū dicamus dū cuncta intra ipm̄ sint: et locus nusq; sit: vbi nō sit? **S**icut scriptū est. **S**piritus dñi repleuit orbē terrarū. **Sap. 1.** **E**t tamen cū laus sapiētie deserit beref adiunctū est. **E**st em̄ in illis spiritus intellectus: spiritus vnic; multiplex: subtilis: mobilis. **E**t paulo post human; stabilitis. **Sap. 7.** **I**n quibus rursus verbis magna nob; questio orit. **C**ur iste spiritus qui implet om̄ia simul mobilis et stabilis dicat. **S**ed si ad vsum cōsuetudinis humane recurrim;: sensum citius loquentis inuenim;. **H**omo quippe qui in ea regione in qua est vbiq; discurret: pculdus bio vbiq; obuiā venit: et repente vbi non credit: inuenit. **O**m̄ipotētis ergo spiritus vt vbiq; p̄sentia signaret: simul et mobilis et stabilis dicit. **S**tabilis: qz per naturā om̄ia cōtinet. **M**obilis autē dicit: quia vbiq; etiā necitētib; occurrit. **T**enens ergo om̄ia stabilis: presentē se om̄ibus exhibens mobilis appellat. **S**plendor ergo ignis et de igne fulgur egrediens inter pennata animalia discurret. **Q**uia sanctus spiritus simul singularis atq; om̄ibus p̄sēto fit et incēdit quos cōtigerit: et illuminat quos incēdit: vt post frigus prius accensi ardeāt: et per ignem amoris quē acceperint: flāmas exemploz; reddāt. **F**ulgur quippe de hoc igne egrediens torpentes mētes percutit: easq; percutiēdo excitat et inflāmat: vt post amorē illius ardentēs pariter et lucētes currāt. **A**nde alias scriptū est. **C**hronis eius flāma ignis rote eius ignis accēsus. **Dan. 7.** **H**i em̄ qui animarū custodes sunt: et pascēdi gregis onera susceperūt: mutare loca minime



permittunt. Sed quia vno in loco positi diuinitatis in se presentia portant et ardēt: thronus dei flama ignis dicit. Et autē qui amore dñi in predicatione discurrunt. Rote eius ignis ardētēs sunt. Quia cū ex eius desiderio per varia loca discurrunt: vnde ipi ardent: alios accendūt. Potest tamē discursus atq; mobilitas spiritus requisitiōe alterius consideratiōis intelligi. In sanctorū quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semp permanet: iuxta quasdā vero recessurus venit: et ventur⁹ recedit. In fide eterni spe atq; charitate: et in bonis aliis sine quibus ad celestē patriā nō potest veniri: sicut est humilitas: castitas: iusticia: atq; misericordia perfectorū corda nō deserit. In pphēcie vero virtute: doctrīne faciētia: miraculoꝝ exhibitioe electis suis aliquādo adeit: aliquādo se subtrahit. Adest vt eleuet: et semetipm subtrahit: vt humiliēt. Adest vt eos ostēsa virtute gloriācet: recedit: vt semetipm subtrahat eius virtute cognoscant. Adest vt ostendat quid per ipm sint: recedit vt patefaciat: qui vel quales remaneāt sine ipso. In his itaq; virtutibus sine quibus ad vitam minime peruenit: sancti spirit⁹ in electorū suorū cordibus permanet. In his vero per quos sanctitatis virtus ostēdit: aliquādo misericorditer prestō: est: et aliquādo misericorditer recedit. Discurrens ergo et mobilis spiritus dicit: quia insignis atq; virtutib⁹ iuxta vnusquisq; votū cōtinue non habet. Bene autē inter sancta animalia discurrere perhibet. Discursus quippe ad celeritatē pertinet. Inter perfectos autē discurret spiritus: quia et si ab eorū cordibus ad momentū recesserit: citius redit. Sequit̃.

**Et animalia ibant et reuertebantur in similitudinē fulguris cōuscantis.]**

**C**um superius dictū sit: nō reuertebant cū ambularet: qua ratioe nunc dicit: animalia ibant et reuertebant. Valde sibi hec vidēt esse cōtraria: q; ibant et nō reuerte-

bant: et ibant et reuertebant. Sed qualia intelligendū sit: citius agnoscimus: si vnas vitas actiuā scz et contemplatiuā sollicite discernamus. In vna em̃ fixi permanere possum⁹: in altera autē intentā mentē tenere nullo mō valemus. Cuz em̃ tot potē nostrū relinquimus: nostros ad bene operatiōis studiū excitamus: quo alibi nisi ad actiuā inuisa qua reuerti post nullo mō debemus. Quia qui illā ad tot potē negligētē ad prauitatis nequitia quas relquerat: redit: esse sine dubio celesse animal nescit. Cuz vero ab actiuā vita ad cōtemplatiuā surgimus (q; diu mens stare in cōtemplatiōe non valet: sed ofite qd de eternitate per speculū et in enigmatē cōspicit: quasi furtim hoc et per transitū videt) ipa sua infirmitate ab immēitate tāre celsitudis anim⁹ repulsus: in semet ipso relabit. Et necē est vt ad actiuā redeat: scz ipm cōtinue in vsum bone opationis exerceat: vt cū mens surgere ad ptemplanda celestia nō valet: queq; potest bona agere nō recuset. Sicq; fit vt ipis suis bonis actib⁹ ad superiora rursus in cōtemplationē surgat: et amoris passū de pabulo cōtemplatiōe veritatis accipiat: in qua q; diu se tenere ipa corruptiōis infirmitas nō potest: ad bona rursus opa rediens suauitatis dei memoria pascit: et foris pietatis actibus: intus vero sanctis desiderijs nutrit. Hinc etiam de perfectis viris post ptemplationē suā redētib⁹ dicit. Memorā suauitatis tue eructabūt. ps. 144. Dulcedinē quippe suauitatis intime: q; vt cūq; possunt (velut ex quodā cozusco) pregustādo tangere: eius memoria studēt recolēdo semp et loquēdo eructare. Hinc et apte nos psalmista admonet dicens. Lux orta est iusto: et rectis corde leticia. Letamini iusti in dño: et pstemini mēorie sanctitatis ei⁹. ps. 86. Qui rursus ait: Quā magna multitudo dulcedis tue dñe. ps. 30. Que videlz q; magna esset: nullo cognosceret: nisi hāc aliquaten⁹ ptemplādo gustasset. Hinc iterū dicit: Ego dixi in extasi mea: plectus sum a vultu oculoꝝ tuo



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**rū.** **A**lii em̄ in mentis excessu subleuatus dulcedinē suauitatis eterne cognouisset: in hoc adhuc mūdo retentus nō discernere: q̄ longe pietus iaceret. **O**stenfa ergo animalia vadūt z nō reuertunt: atq; vadunt z redeūt: qz sc̄i viri z ab actiua vita quā apprehēderūt: ad iniquitates nō corruūt: z a cōtemplatiua vita quā tenere iugiter nō possunt: in actiua relabunt. **S**icut em̄ dicitū est ipso infirmitatis sue pondere deuicit: ad semetipos redeūt repulsi vt eūtes discant quid desiderēt: z reuertētes vbi iaceāt sciant. **E**untes intelligāt: vbi nō dū sint: reuertētes quid sint. **S**ed qualiter sancta hec animalia redeant demonstrat: cum subdit.

**In similitudinē fulguris coruscāt.**

**B**ene aut̄ reuertentia animalia coruscātū fulguris cōparant. **Q**uia sancti viri cū alis dū ad superna cōtemplanda euolant: pietas sui spūs in celestis patrie amore ligant. **S**ed grauati humane cōuersatiōis pondere: ad semetipos redeūt: bona celestia que saltē per speculū cōtemplari poterūt: fratribus denunciānt: eorūq; antos in amorē intime caritatis accendūt. **Q**uā nec videre sicut est: nec loqui preualēt: sed viderūt: loquētes aut̄ verbis suis corda audientū ferūt z incendūt. **Q**uasi ergo fulgur coruscās redeūt: qz per eos supernū lumē intermiscat: ad amorē celestis patrie mētes audientū inflāmat. **M**ore itaq; coruscātis fulguris cū loquēdo percussit: ignē spiritual̄ desiderij spargūt. **A**liodū nō sancta animalia vadūt z redeūt. **Q**uā em̄ cum ad insinuandā celestis doni gratiā in predicationē mittūt: atq; vt ad fidē trahant: mira corā infidelibus faciūt. **S**ed redeūt: qz hec omnipotentis dñi virtuti tribuēt: sibi metipis que fecerit nō ascribūt. **C**um em̄ stupēda faciūt fulgura sūt: qz corda intuentū cōcutiūt: terrēt: illumināt: z accendūt. **U**nde scriptū est. **I**n luce iacula tua ibūt: in splendore fulguris armorū tuorū. **A**bac. 3. **I**acula dñi sunt verba sanctorū: que corda peccantū feriūt: sed ista iacula habēt arma. **S**atis fratres: qz

preliatores viri iacula mittūt: armis veromuniunt: dū ergo verbis addūt miracula quasi armis se muniūt: ne ipsi feriant. **I**n lumine iacula tua ibūt: qz in aperto exeūt verba dei. **S**ed qz comitari debēt sentētiās sanctorū doctoz facta miraculoz: recte subiūgit. **I**n splendore fulguris armorū tuorū. **Q**uia dū addūt eis arma miraculorū mētes persequentū fulgurāt: vt eos psequi nō presumāt. **H**ec itaq; animalia vadūt z reuertunt in similitudinē fulguris coruscātis. **Q**uia postq̄ mira sancti inter hoīes faciūt: postq̄ corda audientū sparsolūmie incendūt: ad quandā auctori suo gloriā redeūt: vt illi laudē reddāt: p que se posse talia sciunt. **S**ic petrus cū sanato hoīe qui claudus ex vtero matris fuerat: signū fecit: qd̄ oēs qui cognoscerēt: valde mirarent: dixit: **Q**uid miramini in hoc: aut nos qd̄ intuemī quasi nostra virtute: aut pietate fecerimus hūc ambulare? **D**eus abraā: deus ysaac: z deus iacob: deus patrū nostrorū glorificauit filiū suū iesum. **A**ctu. 3. **E**t paulo post. **I**n fide noīs eius hūc quem vidistis z nos confirmauit nomē eius. **S**ignū quippe faciēs intuentū oculos miraculi luce perstrinxit: sed hūilitatē custodiēs: z laudē auctori reddēs: quasi vnde venerat rediit: qz lux fulguris vnde fuerit ostēdit. **S**ancta itaq; animalia cū ad signa operāda veniūt: z cū ad reddendā auctori suo gloriā intus apud semetipsa redeūt fulgur sūt: qz z ostēdendo miracula z exēpla humilitatis p̄bendo mentes intuentū feriūt z incendūt. **I**n omni aut̄ qd̄ faciūt: circō semp ad laudē creatoris redeūt: vt in ea virtute quā accipiūt vera stabilitate persistūt. **N**am si quid sibi tribuerēt: in hoc qd̄ acceperāt: stare nō possent. **U**nde bene etiā per salomonē dicit. **A**d locū de quo exeūt flumina reuertitur: vt itez fluāt. **E**ccl̄s. 1. **S**ine em̄ in virtutib⁹ seu in doctrina quid aliud sūt sancti viri q̄ flumina: que terrā cordis carnaliū aridā rigāt. **S**ed siue in operatiōe quā faciūt seu in doctrinē verbis citi⁹ sicarēt nisi per intentionē cordis sēp sollicitē ad



locū de quo exēit redirēt. Si em̄ Introitus ad cor nō redeant: ac sese in amore cōditoris desiderioꝝ vinculis nō astringāt: ⁊ manus ab eo quod agebat desiciat: ⁊ lingua ab eo quod loquebat arefcit. Sed in eius semp̄ per amorē redeunt: ⁊ hoc qđ in publico operātes: atq; loquētes fundūt: in secreto suo de fonte amoris hauriunt. Amādo em̄ discūt: docendo p̄ferūt. Ad locū ergo de quo exēit flumina reuertunt vt iterū fluant: qz aquā sapiētie inde semp̄ per hauriūt vnde oriz: ne cū currerit exsicces. Per oē ergo qđ agimus ad fontē veri lumis sollicita mēte redeamus. Reddamus creatori nro gratias de bonis que accipimus: eius cū esāia p̄pheta suppliciter dicamus. **Quia opera nra operatus es nobis. Isa. 26.** Bona em̄ nostra eius sunt opaz: cui⁹ visceribus nō sufficit: vt nos erigeret: nisi ⁊ semetip̄m p̄ nobis inclinaret. Si em̄ coeternus patri deus ante secula nō fieret: homo in tpe: qñ homo tp̄alis saperet eterna: Descensio ergo veritatis ascēso facta est humanitatis nostre. **Dem⁹** ei gloriā: venus laudem: qui viuūt ⁊ resgnat cū patre in vnitāte spiritus sancti de⁹ per om̄ia secula seculozum amen.

**Explicit omelia. V.**

**Incipit Omelia. VI. que interpretatur in primo capitulo: ab illa parte. Lūg aspicerē ⁊c. vsq; ad illam partem. Et totum corpus oculis plenū in circuitu ipozum quattuor.]**

**A**enebrosa aqua in nubibus aeris. Quia obscura est sciētia in p̄phetis. Sed salomonis voce attestāte didicimus. Gloria regū celare verbū ⁊ gloria dei est inuestigata ⁊ sermone. Prover. 25. Quia ⁊ honor est hominū eoz secreta absconderet: ⁊ gloria dei est mysteria sermonis eius aperire. Ip̄a autē per se veritas dicit: **Que di eo vobis in tenebris dicite in lumie. Da**

thel. 10. Id est aperte exponite que in allegoiarū obscuritatib⁹ auditis. **Dagne** vero utilitatis est ip̄a obscuritas eloquioꝝ dei: quia exercet sensum vt fatigatioꝝ dicitur: ⁊ exercitatus accipiat qđ capere nō potest ociosus: habet quoq; adhuc maius aliud: quia scripture sacre itelligētia si incūctis esset aperta vilesceret. In quibus dā locis obscurioribus tāto maiori dulcedine inuēta reficit: quāto maiori labore fatigat animū quesita. **Ecce em̄ sancti. Ezechielis nūc voce dicē.**

**Cumq; aspicerē aīalia apparuit rota vna super terrā.]**

**Q**uid āt rota nisi sacra scripturā signat que ex om̄i parte ad auditorū mentes voluit: ⁊ nullo erroris anguloꝝa predicatioꝝ sue via retinet. Ex omni autē parte voluitur: quia inter aduersa ⁊ p̄spera ⁊ recte ⁊ humiliter incedit. **Circulus** quippe p̄ceptorū illius modo fursū: modo deorsū est: que perfectiorib⁹ spiritualiter dicunt: in firmis iuxta litterā congruit. Et ip̄a que paruuli iuxta litterā intelligūt: docti viri per spiritalē intelligentiā in altū ducunt. Quis nāq; paruuloꝝ in facto esau ⁊ isacob: quod alter ad venatū mittit vt benedicat: alter vero per suppositionē matris a patre benedicit: nisi iuxta sacre lectioꝝis hystoriā pascif. In qua videlicet hystoria si ad intellectū paulo subtilius astringat: videt: quia iacob primogeniti benedictionē nō per fraudē subripuit: sed vt si bi debitā accepit: quā cōcedēte fratre data lentis mercede emerat. At vero si quis altius sentiens: vtrozūq; facta velit per allegorie archana discutere: prius ab hystoria in mysteriū surgit. **Quid** est enim quod ysaac de maioris filij sui venatione vesci cōcupiscit: nisi qđ omnipotēs deus iudaici populi bona operatioꝝe pascif desiderauit. Sed illo tardāte minorē rebecca supposuit: qz vñ iudaicus populus bona opera foris querit: gentile populū mater gratia instruit: vt omnipotenti patri cibum boni operis offerret: benedictio:



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ne autē rota eadez super terrā apparuisse dicit. Peccātū em̄ hominū dicitū eū. **T**er ra es ⁊ in terrā ibis. **Beñ. 3.** Rota ergo su per terrā apparuit: qz deus om̄ipotens le gē super corda peccantiū dedit. Sed qz hec pēnata añalia: sanctos vt ante dixi mus: euāgelistas designāt: quomodo pri us añalia: ⁊ postmodū rota vna aspiciť: dū ante testamētū ver⁹ fuerit: ⁊ postmo dū sancti euangeliste secuti sunt. Sed in telligere in his possumus qđ illi prius a ppheta visi sunt: qui merito transcendūt. Nam quāto sanctū euāgeliiū testamētū vetus p̄cellit: tāto ⁊ predicatorēs eius in descriptiōe prophetica p̄ferri debuerūt. Quāuis sit adhuc altud qđ in hac descri ptiōe cōsiderari debeat. Quia ppheticē sp̄ritus sic intra semetip̄m anteriora ⁊ po steriora simul colligit: vt hec simul pphē tē lingua p̄ferre nō possit: sed ampla que videt dispersitū al̄s de p̄teritis sermo nib⁹ emanat. Et nūc vltima: post prima: nūc vero prima: post vltimā loquit̄. **E**n dē ezechiele ppheta sub figura sancte vni uersalis ecclesie ⁊ euāgelistarū gloriā, per quattuor animalū similitudinē videt: et tamen repēte illa subiūgit que anterioris bus tempibus gesta sunt. Et patēter in dicit simul se vidisse qđ carnis lingua nō sufficeret simul dicere. Quia vero p quat tuor añalia etiā perfectos om̄es significa ri diximus. Considerandū quoqz est quod dā sanctorū ⁊ ante legē fuisse: qui natura li lege discrete al̄s districte viuerēt: ⁊ om nipotētī deo placerēt. Post añalia ergo rota describit̄: quia electorūz multi apud omnipotentē dominū perfecti: ⁊ ante les gē fuerūt. Si vero añalia solos vt dixim⁹ euāgelistas debemus accipere: est adhuc aliud qđ cōsiderare debeam⁹. Videbat em̄ in spiritu p̄pheta: qz hec ip̄a verba que obscuritatibus obuoluta p̄ferebat: nō lu daico populo: sed gentibus panderent̄. **H**obis igit loquēs prius añalia: ⁊ post ro tā describere debuit: qz nos ad fidez dñio largiēte veniētes: nō per legē euāgeliiū sed per sanctū euāgeliiū legē didicimus.

**A**bi vero vel qualis rota apparuerit: ad lungit cum dicit:

**I**ntra añalia habens quat tuor facies. **A**bi adhuc subdit. **E**t aspectus rotarū ⁊ opus earū quasi visio maris: ⁊ vna si militudo ip̄az quattuor ⁊ aspe ctus earū et opera quasi si sit ro ta in medio rote.]

Quid est hoc qđ cū vna rota diceret pau lopost adiūgit. Quasi si sit rota in medio rote: nisi qđ in testamētū veteris h̄a testa mētū nouū latuit per allegoriā. **E**n ⁊ ro ta eadē que iuxta añalia apparuit: quatu or facies h̄re describit̄: qz scriptura sacra per vtrāqz testamēta in quattuor partib⁹ est distincta. **E**tus et em̄ testamētū in le ge ⁊ ppheticis: nouū vero in euāgelis ar qz ap̄loz actibus ⁊ dicitis. **S**ic al̄s scim⁹ aut̄: qz vbi faciē intendim⁹: ibi qđ necesse est videmus. Rota ḡ quattuor hz facies: qz prius refecanda mala in populis vidit per legē: postmodū vidit per pphas: sub tilius vero per euāgeliiū: ad extremū autē per ap̄los ea q̄ in culpis hom̄m refecarent asperit. **P**otest ḡz intelligi qđ quattuor facies rotā b̄at: propter hoc qđ scriptura sacra per gratiā p̄dicatiōis extensa in qua tuor mūdi partes innotuit. **E**n ⁊ bene ro ta eadē vna prius iuxta añalia apparuisse ⁊ postmodū quattuor facies habuisse des cribit̄: qz nisi lex euāgelio cōcordaret: in ḡtuor mūdi partib⁹ nō innotesceret: seq̄t.

**E**t aspectus rotarum ⁊ opus earū quasi visio maris.]

**R**ecte sacra eloq̄a visioni maris s̄ita nar rāť: qz in eis magna sūt voluīa sn̄iaz ⁊ cu multi sensū. **N**ec immerito mari s̄ilis scri ptura sacra dicit̄: qz firmant̄ in ea sentētie locutiōis sacro baptismatis. **E**t certe cō siderandū est: qz nauibus in mari nauiga mus: cū ad desideratas terras tēdimus. **H**obis aut̄ qđ est in desiderio: nisi illa t̄ra de qua scriptū est. **P**ortio mea in terra vi



tientiu. ps. 141. Lignum autē ut dixi euehit q̄ mare transiit. Et scim⁹ q̄ scriptura sacra lignū crucis per lignū alio legē nobis p̄nūciat cū dicit. Maledict⁹ a deo est q̄ p̄det in ligno. Dent. 21. Ad de redēptore n̄ro paulus testat̄ dicens: factus p̄ nobis maledictū. Gal. 3. Per p̄phetas q̄z lignū adnūciat cū dicit: Dñs regnauit a ligno. ps. 95. Et rursum. Mittamus lignū in panē eius. Hier. 11. Per euangeliū vero lignū crucis aperte ond̄it: vbi ipsa dñi passio que p̄phata est declarat. Per apo stolos autē hec eadē crux etiā in verbis et opibus tenet cū paulus dicit. Mihi m̄sdus crucifix⁹ est: et ego m̄sdo. Gal. 6. Et rursum. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce vñi n̄ri iesu xpi. Gal. 6. Nobis q̄ qui ad eternā patriā tendim⁹: scriptura sacra per q̄ttuo: suas facies mare est q̄ cruce adnūciat: q̄ nos ad terras viuentiū ligno portat. Nisi autē mari scripturā sacra silez cerneret: p̄pheta minime dixisset. Repleta est terra sciad̄i sicut aque maris operientis. Eiaie. 11. Sequit̄.

**¶** Et vna silitudo ipsaz quat tuoz. Et aspectus earū et opera quasi si sit rota in medio rote. ]

Vna silitudo est ipsaz q̄ttuoz. Ad q̄ p̄d̄i cat lex hoc etiā p̄phete. Q̄d denūciat p̄phete: hoc exhibet euangeliū. Ad exhibuit euangeliū hoc predicauerūt apli per m̄sdū. Vna q̄ est silitudo ipaz quattuoz.

Quia diuina eloq̄a et si ipibus distincta: sunt tamē sensibus vnita. Et aspectus earū: et opera quasi si sit rota in medio rote. Rota intra rotam est testamentū nouū: sicut ō scriptum intra testamentū vetus: quia q̄d designauit testm̄ vetus: hoc testm̄ nouū exhibuit. Et em̄ pauca de multis loquar. Quid est q̄d adā dormiēte: eua producit: Gen. 2. nisi q̄d moriente x̄po ecclesia formata? Quid est q̄d ysaac ad imolandum ducit: ligna portat: are superimponitur et viuit. Gen. 22. nisi q̄d redēptor noster ad passionē ductus: lignū sibi crucis ip̄e portauit? Et sic in sacrificiis pro nobis

ex humanitate est mortu⁹: vt tamen imortalis maneret ex diuinitate. Quid est q̄d homicida post mortē summi p̄sificis absolutus ad terrā propriā redijt. Iosue. 20 nisi q̄d humanū genus quod peccādo sibi metip̄i mortē intulit: post mortē veri sacerdotis: videlicet redēptoris nostri peccatorū suoz vinculis soluit: et in paradisi possessionē reparat. Quid est q̄d tabernaculo propiciatoriu fieri iubet: super q̄d duo cherubin: vnū a summitate vna et alterū a summitate alia: ex auro mūdissimo ponunt: expandētes alas et operiētis oraculū: qui se mutuo respiciūt versis vultibus in propiciatoriu. Exodi. 25. Nisi q̄d vtraq̄ testamēta ita sibi in mediatorē dei et hominū congruūt: vt q̄d vnū designat: hoc alterū exhibeat. Quid em̄ per propiciatoriu: nisi ip̄e redemptor humani generis designat? De quo per paulū dicitur. Quē proposuit deus p̄piciationē per fidē in sanguine ipsius. Rom. 3. Quid vero per duo cherubin que plenitudo scientie dicunt: nisi vtraq̄ testamēta signata sunt: ex quibus vnū a summitate vna p̄piciatoris: aliud vero a summitate altera stat. Quia q̄d testamentū vetus de incarnatione nostri redemptoris cepit p̄pheta: do p̄mittere: hoc testamentū nouū perfecte narrat expletū. Duo autē cherubin ex auro mūdissimo facta sunt. Quia vtraq̄ testamēta pura ac simplici veritate describit̄. Expandūt vō alas et oraculū operiūt. Quia nos qui oīpotentis dei oraculū sumus: a sulpis iminentibus scripture sacre edificatione p̄tegemur. Cui⁹ vō sūtas sollicite aspiciunt: ab errore ignorantie et alio velamur. Duo vō cherubin in se mutuo respiciūt versis vultibus in p̄piciatoriu: quia vtraq̄ testamēta in nullo a se discrepāt: et quasi ad semetip̄a vicissim facies tenēt: quia q̄d vnū p̄mittit: hoc aliud exhibet: vñ inter se positū mediatorē dei et hominū vident. Facies quippe a semetip̄is cherubin auerterent: si q̄d vnum testamentū p̄mitteret: aliud negaret. Quod vnum cōcorditer de mediatorē dei et homi



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

nū loquunt: vt vicissim se respiciāt: impro-  
piciatōnū intendūt. Nota ergo in medio  
rote est: Quia inest testamento veteri tes-  
tamentū nouū. Et sicut sepe iam dixim⁹  
quōd testamētū vetus pmissit: hoc nouū ex-  
hibuit: et quōd illud occulte denunciat: hoc  
istud exhibitū aperte clamat. Prophecia  
ergo testamētū noui: testamētū vetus est  
et expositio testamētū veteris: testamētū  
nouū. Sequitur.

**¶ Per quattuor partes caruz  
ibant: et nō reuertebant.]**

**¶** Quo alibi diuina eloquia nisi ad corda  
hominū vadūt: Sed per quattuor partes  
eūtes ibant: quia scriptura sacra per legē  
ad corda hominū vadit: signādo mysteri-  
rū. Per pphetas vadit paulo apert⁹ p  
phetando dñm. Per euangeliū vadit ex-  
hibēdo q̄ pphetauit. Per apostolos va-  
dit predicādo eum quē pater in nostra re-  
demptiōe exhibuit. Habēt ergo rote faci-  
es et vias: quia ostendūt sacra eloquia no-  
ticiā preceptorū cū exhibitione operū. Et  
per quattuor partes vadūt: quia distincti  
vt diximus temporibus locunt. Vel cer-  
te quia in cūctis mūdi regionibus incar-  
natū dominū predicant. De quibus aper-  
te mox subditur.

**¶ Et non reuertebantur cum  
ambularent.]**

**¶** Hec superius de animalibus dicta sūt sed  
non eadē intelligi de rotis que de animalibus  
possunt. Rotas quippe signare testa-  
mēta diximus. Et testamētū vetus am-  
bulauit quidē: quia per predicatiōē ad  
mentes hominū venit: sed post ad semet-  
ipm reuersum est: quia iuxta litterā in prece-  
ptis suis: et sacrificijs vsq; ad finē seruari  
nō potuit. Non em̄ sine immutatiōe per-  
mansit: cū in eo spiritalis intelligētia de-  
fuit. Sed cū redemptor noster in mundū  
venit: hoc spiritaliter fecit intelligi: quod  
carnaliter inuenit teneri. Itaq; dū spirita-  
liter littera eius intelligit: om̄is in eo illa  
carnalis exhibitio viuificat. Testamētū

vero nouū etiā per testamētū veteris pa-  
ginas testamētū eternū appellatum est:  
quia intellectus illius nunq; mutat. De-  
ne ergo dicat q̄ rote eūtes ibant et non re-  
uertebant cū ambularet: quia nouū testa-  
mētū non rescindit: dū vetus iam spiri-  
tally intellectum tenet. Post se non re-  
deūt: que al̄s quia vsq; ad finem mūdi im-  
mutabilia persistūt. Ambulant ergo: sed  
nō reuertūt: quia sic spiritaliter ad cor no-  
strū veniūt: vt eorū precepta vel studia vl-  
terius nō mutent. Sequitur.

**¶ Statura quoq; erat rotis et  
altitudo horribilis aspectus.**

**¶** Quid est q̄ scripture sacre eloquijs tria  
hec inesse narrant: vt staturā: altitudinē:  
et horribilē aspectū: id est terribilē habere  
memorent. Querendū nobis magno-  
pere est que diuine scripture statura: que  
altitudo: quis horribilis aspectus dicat?  
Sciendū ergo est: quia stare ad vitā cons-  
gruit bene operātis. Unde per paulū dicitur.  
Qui stat videat ne cadat. 1. Corinth.  
10. Qui etiā discipulis dicit: Sic stare in  
dño charissimi. Phil. 4. Et propheta:  
qui se vita ac moribus ante dominū stare  
videbat: ait: Fuit dñs in cuius cōspectu  
sto. 4. Regū. 5. Altitudo vero est celestis  
regni pmissio: ad quā tūc pertingit: quā-  
do iam mortalis vite omniū al̄s offisiis cor-  
rupti subiugati. Horribilis vero aspectus  
est terror gehēne: que sine fine reprobos  
cruciat: et semp in cruciatu cōseruat. Sta-  
tura ergo in rectitudine pceptiōis al̄s pre-  
dicatiōis est. Altitudo in celsitudine iug-  
ne pmissionis. Horribilis vero aspectus  
in penis al̄s minis atq; terroribus suppli-  
cij sequētis. Scriptura igitur sacra staturā  
habet: quia mores ad standū dirigit: vt au-  
ditoꝝ mentes ad terrenā concupiscentiā  
nō curuent. Altitudinē habet: quia in ce-  
lesti patria eterne vite gaudia promittit.  
Horribilem quoq; aspectum habet: quia  
omnibus reprobis gehenne supplicia mi-  
natur. Ostendit igitur staturam suam in  
edificatiōe morum. Ostendit altitudinē



in pmissioe premioꝝ. **O**stendit horribi-  
lem aspectu in terroꝝibus supplicioꝝ. **R**e-  
cta est em̄ in pꝛeceptis: alta in pmissio-  
nibus: horribilis in penis: als nimis. **H**ab-  
bet staturā cum per pꝛphetā dicit: **Q**ute  
scite agere peruerse: dicitte benefacere:  
**E**saie. 1. querite iudiciū: subuenite oppres-  
soꝝ: iudicate pupillo: defēdite viduā. **I**bi-  
dē. **E**t rursū. **F**rango esuriētī panē tuū  
et egenos vagosq; induc in domū tuā: euz  
videris nudū operi eū: et domesticos semi-  
nis tui ne despereris. **E**saie. 58. **H**abet al-  
titudinē cum per eundē pꝛphetā dicit:  
**N**on erit tibi amplius sol ad lucendū per-  
diē: nec splendor lune illuminabit te: sed  
erit tibi dñs in lucem sempiternā: et deus  
tuus in gloriā tuā. **E**saie. 60. **H**abet horri-  
bilē aspectū: cum infernū describēs dicit:  
**D**ies ultionis dñi: annus retributiōis iu-  
dicij syon: et cōuertent torrentes eius in  
picē: et humus ei⁹ in sulphurē: et erit ter-  
ra eius in picē ardentē: nocte et die nō ex-  
tinguet in sempiternū. **E**saie. 34. **Q**uaz  
beatus **I**ob describit dicens: **T**er-  
rā tenebrosam et opertā mortis caligine:  
terrā miserē et tenebrarū: ubi umbra mor-  
tis et nullus ordo: sed sempiternus horroz  
inhabitās. **I**ob. 1. **H**abet staturā cum per  
eum dñs propicius pollicet dicens: **S**i-  
cut celi noui et terra noua que ego stare fa-  
cio corā me dicit domin⁹: sic stabit semen  
vestrū et nomen vestrū. **E**saie. ult. **I**lli em̄  
veraciter corā domino stant: qui vitā suā  
in pꝛauitate nō dissipāt. **H**abet altitudi-  
nem cum statim subdit. **E**t erit mensis ex-  
mense: et sabbatū ex sabbato: et venit om-  
nis caro vt adoret corā facie mea dicit do-  
min⁹. **I**bidē. **Q**uid est mensis: nisi per-  
fectio dieꝝ? **E**t quid est sabbatū: nisi quies:  
in qua fieri opus seruille non liceat?  
**M**ensis ergo ex mense est: quia qui hic p-  
fecte uiuūt: illuc ad perfectionē glorie per-  
ducunt. **S**abbatū uero ex sabbato est: quia  
qui hic cessant a peruerso opere: illic quieti  
sūt in celesti retributiōe. **H**abet etiā hor-  
ribilem aspectū cum pꝛinus adiūgit. **E**t  
egredient et uidebūt cadauera uiuoz qui

preuaricati sunt in me. **I**bidē. **T**erms  
eoz non moriet et ignis eoz nō extingue-  
tur. **I**bidē. **Q**uid em̄ horribillius dicit:  
quid cogitari potest q̄ dampnatiōis uul-  
nera suscipere: et dolores uulnerū nunq̄  
finire. **D**e hoc horribili aspectu rotaz be-  
ne per **Z**ophoniā dicit. **L**uz superuenire  
duris mētibus dies iudicij denūciat. **I**u-  
xta est dies dñi magnus: iuxta et ueloz nā-  
mis. **H**oz diei dñi amara tribulabit ibi for-  
tis. **D**ies ire dies illa: dies tribulatiōis et  
angustie: dies calamitatis et miserie: dies  
tenebrarū et caliginis: dies nebule et tur-  
binis: dies tube et clangoris. **Z**ophoi. 1.  
**S**ed quia exterioris rote dicta posuim⁹:  
restat nūc vt interioris quoq; staturā alti-  
tudinē et horribilē aspectū pꝛferre debeat  
mus. **H**abet quippe rota interior staturā  
suā: cum per sanctū euangeliū ad terrēna  
desideria incarnare nos prohibet redem-  
ptoris nostri uocibus dicens: **A**tendite  
vt non grauent corpora nostra in crapula  
et ebrietate: aut in curris huius uite. **L**u-  
ce. 21. **H**abet altitudinē euz de eodē redē-  
ptore nostro. pꝛmittit dicens: **Q**uotquot  
autē crediderūt in eū: dedit eis potestātē  
filios dei fieri. **I**obānis. 1. **Q**uid em̄ hac  
potestate altius: quid hac altitudine sub-  
limius dici potest: in qua creat⁹ quisq; ef-  
ficet filius creatoris. **H**abet horribilē as-  
pectū cū reprobis loquit dicens: **I**būt in  
suppliciiū eternū. **M**ath. 25. **H**abet statu-  
ram cū ueritatis discipulos admonet di-  
cens: **E**ndite que possidetis et date eles-  
mosynā: facite uobis sacculos nō ueteras-  
centes. **L**uce. 12. **H**abet pmissiōnis als-  
titudinē cū dicit: **E**ntēt ab oriente et occi-  
dente: et recūbent cū abraam ysaac et ia-  
bo in regno celoz. **M**ath. 8. **H**abet hor-  
ribilē aspectū cum subdit. **F**ilij autem regi-  
ni eijciēt in tenebras exteriores: ibi erit  
fletus et stridor dentiu. **I**bid. **Q**uib⁹ rur-  
sum uoce ueritatis dicit: **N**os in peccatis  
uestris mortemini. **I**obis. 8. **H**abet statu-  
ram cū pꝛimi pastoris uocibus dicit: **D**i-  
nistrare in fide uestra uirtutē: in uirtute  
autē scientiā: in scientia autē abstinentiā



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

In abstinentia autē patientiā: in patientia autē pietatē: in pietate autē amorē fraternitatis: in amore autē fraternitatis charitatem. 2. Petri. 1. Habet altitudinē cū paulo post dicit. Sic enim abundanter ministrabit vobis introitus in eternū regnū dñi et salutaris nostris iesu xpi. Ibidē. Qui rursus bonis pastorib⁹ pollicet⁹ dicens. Luz apparuerit princeps pastoz⁹ percipietis inmarcessibilē glorie coronā. Habet horribilē aspectū cū dicit. Aduentet autē dies dñi vt fur: in qua celi magno impetu trāsibūt: elementa vero calore soluent. 2. Petri. 3. Cum hec igit⁹ omnia dissoluēda sint: quales oportet nos esse in sanctis uersationibus et pietatibus: expectātes et propertates in aduentū diei dei: per quā celi ardentes soluent: elementa vero ignis ardore tabescent. Habet statūrā cum per paulū nos a terrenis desiderijs erigit dicens: Mortificate mēbra uestra que sunt super terrā: fornicationē: immundiciā: libidinē: cupiditātē malā: et auariciā que est idolorū seruitus. Col. 3. Habet altitudinē cū promittit dicens: Vita uestra abscondita est cum xpo in deo. Cum enim xps apparuerit uita uestra tunc et uos apparebitis cū ipso in gloria. Ibidē. Habet horribilē aspectū cum minat⁹ dicens: In reuelatiōe dñi nostri iesu xpi de celo: cū angelis uirtutib⁹ et in flamma ignis ueniētis dantis uindictā his qui nō nouerūt deū: et qui nō obediūt euangelio dñi nostri iesu xpi: qui penas dabunt in interitū eternas a facie dñi: et a gloria uirtutis eius. 1. Thessal. 1. Habet statūrā cū nos admonet dicens: Videte ne quis alicui malū p malo reddat: sed semper qd bonum est sectamini in inuitē et in omnes. 1. Thessal. 5. Habet altitudinē cū promittit dicens: Si cōmorimur et cōtineamus si sustinemus et cōregnabimus. Ro. 8. Et rursus. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ temporis ad futurā gloriā: que reuelabit in nobis. Ibidē. Habet horribilē aspectū cū minat⁹ dicens: Terribilis que dam expectatio iudicij: et ignis emulatio que cōsumptura est aduersarios. Heb. 5.

Qui rursus ait: Horrendū est incidere in man⁹ dei uicētis. Que omnia breui quosq⁹ sentētia stringit dicit: Et possitis cōprehendere cū omnibus sanctis: que sit latitudo et longitudo: sublimitas et pfundū. Quia quippe est charitas: quia inimicorū dilectionē capit: et per eam charitates qua nos omnipotens deus late diligit: etiam lōganimitē portat. Hoc ergo nos debemus exhibere primis: qd indignus nobis a creatore nostro cōspicimus exhiberi. Latitudo itaq⁹ et longitudo ad statūrā pertinet: quia per amorē mores dilatari vt fraterna mala charitas longanimitē portet. Sublimitas autē est eternoꝝ illa remuneratio premioꝝ: de cui⁹ immensitate dicit: Quia nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que p̄parauit deus diligētibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinē: quia eterna sanctorū gaudia nulla nūc preualēt cogitatione penetrari. Profundū quoq⁹ est illa inestimabilis dampnatio supplicioꝝ: que eos quos succiperit in imis demergit. In quibus sacra eloquia horribilē aspectum habēt: quia inestimabilē terroꝝ audientibus incutit cum supplicia inferi loquuntur. Bene ergo dicit.

[Statūra quoq⁹ erat rotis et altitudo et horribilis aspectus.]

Quia scriptura sacra in utroq⁹ testamēto et ammonēdo recta est: et promittēdo alta et minando terribilis. Hec nos fratres charissimi hodierna die largiēte domino dixisse sufficiat: vt ad differenda que sub iuncta sunt ocio reparari redeamus: in auxilio omnium et domino nostro iesu xpo cōfidentes. Qui uiuit et regnat cū patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculozum amen.

Explicit omelia. VI.

Incipit Omelia. VII. que interpretatur in primo capitulo:



ab illa parte. **Et totum corpus plenum oculis etc. usque ad illam partem. Et audiebam sonum alarum: quasi sonum aquarum multarum.]**

**S**icut nobis fratres charissimi consuetudo prophetie est nunc ista: nunc illa conspiceret: et ab aliis in aliud subito verba vertua re. Sicut psalmista cum de domino loqueretur dixit: Deus iudex iustus: fortis longanimis: nunquid irascetur per singulos dies? Nisi couertamini: gladium suum vibrauit arcum suum tendit: et parauit illum: et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effectit. ps. 7. Repete subiunxit. Concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacu aperuit et offendit eum: et incidit in foueam quam fecit. Ecce cum domini narraret iustitiam: quasi non mutata voce repetere peccatoris intulit culpam. Quod vnum me excusationis causa dixisse sufficiat. Quia quisquis in prophetis vsum lectionis habet: quam crebro ista faciant non ignorat. Unde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loqueretur adiunxit.

**Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quattuor.]**

**Q**ui enim non ipsarum sed ipsorum dixit: profecto iudicatur: quia repetere sermo eius a rotis ad animalia rediit: per que nimirum perfecti quique ut predictum est: designant. Corpora itaque animalium tetra plena oculis describunt: quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est: bona desiderabiliter prouidens: mala solerter cauens. Et hoc est laboriosius: ubi alio quia sanctorum mens vehementer inuigilat: ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondat. Circumspecta ergo est vita sanctorum: ne sic sit libera ut superba sit: quia sepe superbia excidit in verbis et videri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis ut formidolosa quia timor: aliquando restringit animum ut

loqui que recta sunt non presumat. Sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat. Ne sic sit parca: ut res nax sit: quia plerumque tenacia parsimonia appetit estimari: ut iuste ac necessarie videatur tenere: quicquid egentis proximo misericorditer non vult impendere. Ne sic sit misericors ut effusa sit: quia non nunquam effusio esse se misericordiam putat. Aliud est enim pietatis studio necessaria paritas dare: atque aliud ea que possident sine mercedis intentione dispergere. Quis quid ergo agitur in radice intentionis persandum est: quo merito apud iudicium creatoris habeatur. Unde et isdem creator totum corpus tuum lucidum erit. Data tibi. 6. Oculum videlicet intentionem: corpus vero actionem nominans. Quia si nostra intentio apud deum simplex fuerit: in eius iudicia nostra actio tenebrosa non erit. Igitur: quia sancti viri solerter inuigilant: ut se vndique aspiciant: ubique custodiant: ne aut mala propter ipsam appetant: aut hec eadem sub specie bonorum agant: scilicet ne se eis vicia virtutes esse mentiantur: totum corpus plenum in circuitu oculis habent: quia omnis eorum actio prouidentia sollicitudinis et repletur et circumdatur. Hinc enim quod paulus apostolus dum cuidam penitenti de peccato petrato facinorae corinthios prospiceret voluisse, misereri ait: Si cui aliquid donastis et ego: nam et ego quod donauimus propter vos in persona christi: ut non circumuentumur a satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. 2. Corinth. 2. Si enim parcendum erat: cur se humilitate tanta voluntati discipulorum magister egregius sociat: ut neque ipse a discipulis: neque ab eorum discipulis in compassionis causa diuisi viderentur: Nisi quia sollicito prouidentie oculo attendit: quod plerumque dum alter donat: alter irascitur. Et quale est iam misericordie sacrificium quod cum discordia proximo offertur. Unde recte ait. Et non circumuentumur a satana. Non enim ignora-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ramus cogitationes eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixe malū solet immittere: vnde alterū conspicit pietatis ne gociū fecisse. Imperfectū enim bonū est qđ sic agit: vt ne quid ei ex alio latere male surrepat nō attendat: nisi forte hoc qđ sine cuiuspiā scandalo fieri nō potest culpa sit nō fecisse. Hoc vero ideo dicim⁹: vt notū vestre dilectōi faciamus: quia in nostro bono opere aliquādo cauendū est scādalu proximi: aliquādo vero p̄ nibilo cōtempnendū. Qđ in ip̄o nostro auctore vidicim⁹: qđ dū tributū petro inquisito petre⁹ p̄us paradigma p̄posuit: per qđ se nihil debere respōdit dicens: Reges terra quibus accipiūt tributū vel censum a filiis suis an ab alienis. Mat̄. 17. Cui cū dicere ab alienis: illico respōdit. Ergo liberi sunt filij. Sed postq̄ se liberum esse monstrauit: ne fortasse scādalu cuiq̄ faceret subdit. Et autē nō scandalizemus eos vade ad mare ⁊ mitte hamū ⁊ eū piscem qui primus ascēderit: tolle: ⁊ aperto ore eius inuenies sature: illū sumens da illū eis pro me ⁊ te. Qui rursum cū diceret: Quia omne quod in os intrat nō coinquinat hominē. Tunc accedētes discipuli dixerunt ei: Scis: quia pharisei audito verbo scādalizati sunt? Et ille respōdens ait: Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus celestis eradicabit: sinit illos: ceci sunt: ⁊ duces cocoz. Mat̄. 15. Ecce magistra veritas ne in quorundā cordib⁹ scādalu gigneret: quod nō debuit tributū dedit. Et rursum: quia generari scādalu in quorundā cordibus cōtra veritatem vidit in suo eos scādalo remanere permisisit. Ex qua re nobis cōsiderandū est: quia inquantū sine peccato possum⁹: vitare proximoz scādalu debemus. Si autē de veritate scādalu sumis: vtilius permittitur nasci scādalu q̄ veritas relinquat. Corpora ergo animalū plena sunt oculis: cū se hincinde caute circūspiciūt. Sed scēdū nobis est: quia sepe dū alios reprobos alij reb⁹ intendimus: sit vt alia negligamus. Et vbi negligimus: ibi p̄cul-

dubio oculū nō habemus. Nam pharis⁹ seu ille qui ascenderat in templū orare: testante euāgelio: qđ dixit cognouimus. Nō est eū: deus gratias tibi ago. Luc. 18. Recte autē gr̄as deo agebat: quo accepterat bona que fecerat. Qui etiā subiūgit. Quia nō sum sicut ceteri hominū raptores: iniusti: adulteri: velut etiā hic publicanus: teiuno bis in sabbato: decimas de omnī que possideo. Ecce ad exhibendā abstinentiā: ad impendendā misericordiā ad referēdas deo gratias oculū pharise⁹ habuerat: sed ad hūilitatis custodiā oculū nō habebat. Et quid p̄dest quod cōtra hostiū insidias pene tota ciuitas caute custodit: si vnū foramen apertū relinquat vnde ab hostibus intret? Quid ergo prodest custodia que pene vbiq; circūponit: quādo inimicis tota ciuitas per neglectū locutiōis alij loci vnus aperitur. Phariseus autē qui teiunū exhibuit: decimas dedit: deo gratias retulit: quasi pene per circuitū in sue ciuitatis custodiam vigilauit. Sed quia vnū in se foramen superbie nō attendit: ibi hostē pertulit: vbi per negligentia deo gratias clausit. Quia ergo sanctorū mētes vndiq; se circūspiciētes inuigilat: atq; in omni suo opere paucis ⁊ sollicitudinis oculū circūducunt: ne aut praua agāt: aut recta que p̄cepta sunt nō agant: aut bonis actib⁹ expletis in suis cogitaciōibus intumescāt: ⁊ tanto grauius offendāt: quātoq; iusti vident foris ⁊ occultius peccāt. Recte dicit.

**[Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu.]**

**[Sciendū quoz q̄ in translatiōe veteri nō habet. Totū corpus eoz plenu oculis in circuitu: sed dicit:]**

**[Dorsā eorum plena oculis.]**

**[Que videlicet sentētia ab edificatiōis intellectu nō discrepat. Ea est que sunt in facie: sepe etiā peccatores homines custodire solēt. Iusti autē viri: q; se ⁊ in eis custodiūt que in promptu ⁊ in facie nō vident in dorsis: oculos habere referuntur.]**



Qui ergo et ea que in occultis sunt discutiunt: atque ab ipsis se custodiunt: que latent profecto oculos in dorsis habent. Quod tamē intelligi et aliter potest. Quia ea que sunt ante faciem nostram videmus: dorsa autē nostra alius in nobis videt: et nos videt in nobis: in quibus ab alijs iudicari possunt: et districte se videt: sicut sepe districte ab alijs videt: qui in se: nec ea que latere possunt ignorat: lumē in dorso portant. Sequitur.

**B** Cumque ambularent animalia ambulabant pariter et rote iuxta ea. Et cum eleuantur animalia de terra: eleuantur simul et rote.]

**A**mbulant animalia cum sancti viri in scriptura sacra intelligunt: quemadmodum moraliter viuunt. Eleuant vero a terra animalia: cum sancti viri se in cōtemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque sanctorum quāto ipse in scriptura sacra profecerit: tāto hec eadem scriptura sacra proficit apud ipsum. Recte dicitur. Cum ambularet animalia ambulabant pariter et rote: et cum eleuantur animalia de terra: eleuantur simul et rote.

Quia diuina eloquia cum legente crescunt. Nā tanto illa quisque altius intelligit: quāto in eis altius intēdit. Unde nec eleuantur rote si non eleuant animalia. Quia nisi legentium mentes ad alta profecerint: diuina dicta velut in imis non intellecta iacent. Cum enim legenti cuiuslibet sermo scripture sacre (si tepidus videatur sensus diuini eloquii) eius mentē non excitat. et in cogitatione sua nullo intellectus lumē emicat: rota et ociosa et in terra est: quia animal non eleuat a terra. Ac vero si animal ambulat: id est bene viuēdi ordinē querat: et per gressum alio profectum ordinis inueniat: quē admodum gressum boni operis ponat: ambulat pariter et rote: quia tantum in sacro eloquio profectum inuenit: quāntum apud illud ipse profecerit. Si enim pennatū animal sese in

contemplatione tēderet: alio tēderit: rote pariter a terra subleuantur alio subleuantur: quia terra non esse intelligit: que pariter in sacro eloquio iuxta terrenū morē dicta credidit. Sicut ut scripture sacre verba esse celestia sentias: si accensus per cōtemplationis gratiā temetipsum ad celestia suspēdas. Et mirra atque ineffabilis sacri eloquii virtus agnoscit: cum superno amore legentis animus penetrat. Quia ergo animal ad alta se subleuat: rote volat. Sequitur.

**Q**uocumque ibat spiritus illuc eūte spiritu et rote pariter leuabant sequentes eum.]

Quo enim spiritus legentis tendit: illuc et diuina eloquia leuant. Quia si in eis aliter quid videndo et sentiēdo queris: hec eadem sacra eloquia tecum crescunt: tecum in altioribus ascendunt. Bene autē de eisdem rotis dicit. Sequentes eum. Legentis enim spiritus si quid in eis scire morale aut bystoricū querit: sensus hūc moralis bystorie sequitur. Si quid typicū: mor figurata locutio agnoscit. Si quid cōtemplatiū: statim rote quasi pēnas accipiunt: et in aere suspendunt: quia in verbis sacri eloquii intelligentia celestis aperit. Quocumque ergo ibat spiritus: illuc eūte spiritu et rote pariter leuabant sequentes eum. Rote enim spiritum sequuntur: quia verba sacri eloquii (ut sepe iam dictū est) iuxta sensum legentium per intellectū crescunt. In vna enim eademque scripture sententia alius sola bystoria pascitur: alius typica: alius vero intelligentiā per typum cōtemplationē alio cōtemplatiuā querit. Et fit plerūque (ut sicut dicitur est) in vna eademque sententia cūcta similitudina valeant inueniri. Moyses enim cum de ardente rubo vocatus fuisset: accessit proptus ut videret visum: et ecce rubus ardebat et non consumebar. Magnū est hoc miraculū. Si solā in eo bystoriā requiras: est vnde legentis nutrietur animus: ut videas quid in ligno ignis ardeat: et non consumat. At vero si typicam intelligentiā queras: quid flamma: nisi legē de qua scriptū est.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

In dextera eius ignea lex. Deutero. 33.  
Et quid rubus ille: nisi iudaicū populū  
designauit: peccatorū suoz spinas oblitū?  
Sed rubus ardēs consumi nō potuit: qz  
iudaeicus populū & ignē quidē legis ac-  
cepit: & tamē peccatorū suoz spinas nō de-  
seruit: nec eius victa diuini sermonis flā-  
ma cōcremanit. Fortasse in hoc facto ali-  
us malicia per typū cōtemplari desiderat  
hulus quia sensus excreuit: eleuantē pariter  
& rote. Inter hōies em̄ perfectus hō-  
mo factus est vnicus dei fili⁹: qui sua pec-  
cata nō habuit: sed spinas nostre nequi-  
cie suscepit: vsq; ad passionem pro nobis  
humillari dignatus est: & in semetipso igitē  
tribulatiōis nostre suscipere. Sed ar-  
sit & nō arsit: quia & ex humilitate est mor-  
tuus: & tamē immortalis ex diuinitate per-  
mansit. Suscepit a nobis: vnde sacrificiū  
fieret pro nobis: & tamen impassibilis atq;  
incomutabilis permansit in pprijs vt nos  
cōmutaret a nostris. Alius fortasse hysto-  
rie mortalitate: atq; per allegorie intelli-  
gentiā contemplationē requirit: patet cū  
ctis iuxta hystoriā hoc qd in lege scriptū  
est: vt turtur que pro peccato offert: retor-  
queat caput eius ad pēnulas ita vt collo-  
inhereat: & nō penitus abrumpat. Leui.  
1. et. 5. In quibus verbis dubius legētib⁹  
sens⁹ hystoricus nō est: sed si hec itellige-  
re moraliter requiras: agitur rota dū ad mo-  
ralē intelligentiā ducit sacri verbi sentē-  
tia. Hos em̄ ipsi in omnipotentis dei sacri-  
ficio esse turtur debemus: ita vt caput no-  
strū retorqueat ad pēnulas: id est anim⁹  
ad virtutes. Non em̄ immerito per caput  
mentē intelligimus: quia sicut caput cor-  
pus: ita mēs actiōes regit. Sed caput ad  
pēnulas retorqueri precipit: vt ea que di-  
cis facias: & os ad opera iungas. Nec ita  
caput abscidendū est: vt a corpore diuidat:  
sed ex parte decisum corpori suo lubet inhe-  
rere. Quia videlicet mens nostra a carnali  
delectatiōe incidenda est: sed a carnis cu-  
ra necessaria incidenda non est. Hinc effi-  
scriptū est. Carnis curā ne feceritis in de-  
siderijs. Rom. 13. Que ergo in desiderijs

is fieri phibet: pculdubio in necessitate  
cōcedit. Caput ergo turturis ex parte ab-  
scisum sit: & ex parte inhereat: vt sicut dicitur  
ctū est: & a voluptate carnis mens nostra  
inca sit: & tamē a necessitate nō sit abscis-  
sa. Quod si hoc sacrificij genus sub typi-  
ca redēptiōis nostri intelligētia aliis ad  
contemplationē requirat. Alē dat ergo ad  
fortiora animus: eleuent anīalia vt eleuē-  
tur pariter & rote. Quis em̄ caput nostrū  
est: nisi redēptor generis humani: de quo  
scriptū est. Ip̄m dedit caput supra omnē  
ecclesiā que est corpus ip̄ius. Ephe. 1.  
Quē cū iudei persequerent: nomē eius  
delere de terra conati sunt. Cūq; euz cru-  
cifixū & sepultū viderent: hūc se ab amore  
omniū decidisse alē diuulisse crediderunt.  
Sed caput turturis & incisū est: & tamen  
a suo corpore diuisū nō est. Quia ex eo qd  
pro nobis mortē pertulit: omēs nos sibi ve-  
rius in ip̄a sua morte iungit. Et per hoc  
qd se nostris oculis visibiliter subtraxit:  
nostris se mentibus visibiliter radicauit.  
Caput ergo turturis incisū inhereat corpo-  
ri: quia pro nobis quidē redemptor noster  
passus est: sed a nobis separatus per pas-  
sionē nō est. Quia igit dicitur: sacri eloquij  
cū legentiū spū excreuit: recte nūc dicit:  
Quocūq; ibat spiritus illuc  
eūte spiritu: & rote pariter leua-  
bant sequentes eum.]

Et subditur.

**D** Spūs em̄ vite erat in rotis.  
In rotis em̄ spiritus vite est: qz per sa-  
cra eloq; dono spūs viuificamur: vt mor-  
tiferā a nobis opera repellamus. Potest  
em̄ intelligi: quia spūs vadit: cū legentis  
animū diuersis modis et ordinib⁹ tangit  
deus: quādo hūc per verba sacri eloquij  
modo in zelo excitās ad vltionem erigit:  
modo ad patientiā mitigat: modo in pre-  
dicationē instruit: modo ad penitētie la-  
mētā cōpungit. Sed curramus breuiter  
per hec eadē verba que dixim⁹: & videas-  
mus quō sequit̄ rote spiritū: qui vite spi-  
ritus dicit: & rotis in esse perhibet. Certe



fl legentis animū spūs vite in zeli seruoze  
 tetigerit: p̄tinus in sacris eloquijs videt  
 qđ moyses ad castra rediēs: 7 populū per  
 ydola peccasse cognoscēs. **Hic** per seruoze  
 rē spūs gladijs strauit. **Ro. 33.** **Ad** fine  
 es persequēdo luxuriā irā dñi gladio pla  
 cauit. **Hum. 25.** **Ad** petrus mētientes si  
 bimet verbo pertulit 7 occidit. **Actu. 5.**  
**Ad** paulus negligētibus discipulis viri  
 gā minā. **1. Cor. 4.** Si spūs vite legētis  
 aim ad seruandā patiētiā tangit: statim  
 sequit̄ 7 rote. **Quia** in sacris eloquijs in  
 uenit: qđ moyses 7 aaron cū loquētes re  
 cta persecutiōne populi passi sūt: ad taber  
 naculū cucurrerūt p̄ ip̄o populo exorātes  
 quē fugiebāt. **Hum. 20.** Sancta aut̄ eoz  
 mēs 7 timorē su puenentiū als supbiētiū  
 pertulit: 7 tñ p̄ira eos ad odiū nō eru  
 pit. **Patiētia** etiā vera est que 7 ip̄m amat  
 quē portat. **Hā** tolerare sed odisse nō est  
 virtus māfectus is: sed velamentū furo  
 ris. **In** eisdem qđ eloquijs inuenit: qđ sa  
 muel de p̄ncipatus culmie delectus: orat̄  
 se se etiā p̄ deiciētibus p̄stet. **1. Reg. 8**  
 qđ nemo sanctor̄ ad celestē gloriā nisi pa  
 tientia se: nādo peruenit. **Ad** ipse auctor  
 ac redemptor generis hūani sputa: cola  
 phos: sp̄incā coronā: crucē: lanceā pertu  
 lit: 7 tñ p̄ persecutoribus orauit. **Si** vite  
 spūs legentis aim ad studiū predicatiōis  
 excitat: statim secunē 7 rote. **Quia** in sa  
 cris eloquijs inuenit moyses iubēte dño  
 cōtra egypti regē in quātis se predicatio  
 nis als predicatiōibus libere verbis ere  
 pit. **Ro. 15.** **Ad** steffan⁹ iudcis perfidis  
 diceret: **Eos** semp̄ sp̄ritui scō restitistis.  
**Act. 7.** nec inter lapides timuit. **Ad** pe  
 trus fustibus cesus: ne in noie iesu loque  
 ret cū magna libertate respōdit. **Oporet**  
 obedire deo magis q̄ hominibus. **Act. 5.**  
**Ad** paulus cathenaz vinculis stringit̄:  
 s; tñ verbū dei nō ē alligatū. **Phil. 1.** **Si**  
 vite spūs ad penitētē lamētā cōpungit:  
 secunē p̄tinus rote: cū scripture sacre ver  
 ba dauid penitētiā p̄ferūt: qđ rex rep̄ben  
 sus a p̄pheta: qđ subiectus celesti regi nō  
 fuit: subiecto insēpātī nō erubuit cōfite

ri qđ fecit. **2. Regū. 12.** **Ad** publicanus  
 qui reatū sue nequicie cognouit: 7 si intus  
 stus ad templū venit: iustificatus a tēplo  
 redijt. **Luce. 18.** **Ad** petrus negatiōis  
 maclās lachrymis lauit. **Matth. 26.** **Ad**  
 latro qui in cruce cognouit culpā: in ipsa  
 iā morte inuenit veniā. **Luce. 23.** **De** qui  
 bus adhuc rotis eadem p̄pheta replicat  
 atq; subiungit.

**Quum** eūtib⁹ ibant: 7 cū stan  
 tib⁹ stabāt: 7 cū eleuatis a terra  
 pariter eleuabant 7 rote sequē  
 tes ea: qđ spūs vite erat in rotis.

**Hec** sicut nostis frēs charissimi ex maxima  
 parte iā d̄icta sūt: sed iterata descriptiōe  
 narrant. **Hec** nos itaq; pigeat eadē breuiter  
 exponēdo repetere: que spūs per pro  
 phetam dignatus est replicādo narrare.  
**Hoc** em̄ solū in his verbis nouū addidit als  
 d̄ictis: qđ d̄ictū est. **Cū** stantibus stabant.  
**Sunt** aut̄ quidā qui vsq; ad hoc p̄ficiūt:  
 vt trena que accipiūt: bene dispēsare no  
 uerit: misericordie opibus intendāt: op  
 pressis subueniāt. **Hi** videlz vadūt: in eo  
 qđ se ad p̄ximi utilitatē tendūt. **Cū** ergo  
 rote gradūt: qđ sacra eloquia dicto  
 rū suoz passus in eius itinere disponunt.  
**Et** sunt alij qui fidē quā acceperūt: ita ad  
 tenendū fortes sunt: vt aduersis quibus  
 qđ resistere valeāt: 7 non solū minime ad  
 peruersitatē trabūt perfidie: sed etiā per  
 uersa loquētes ip̄ugnēt: eosq; ad rectitu  
 dinē pertrahāt. **Quum** istis stantib⁹ stante  
 etiā rote: qz in eis rectitudinē suam sacri  
 eloquijs verba cōfirmāt: cū in eis audiūt.  
**Stare** 7 tenere traditiōes quas didicistis  
**2. Thes. 2.** **Et** rursum. **Aduersari** veser  
 dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit: que  
 rens quē deuoret: cui resistite fortes in f̄s  
 de. **1. Petri. 5.** **Et** sunt alij qui omnia ter  
 rena despiciūt: nulla que p̄tereūt posside  
 re dignant: 7 in dei se vt predictū est p̄te  
 platiōe suspendūt. **Cū** his ergo eleuatis  
 7 rote pariter leuant: qz in quantum quisq;  
 ad alta p̄fecerit: in tantū ei 7 sacra eloq;  
 de altioribus locūtur. **Ad** aut̄ ergo anis



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

malia ad utilitatē proximi: stant ad custodiam sui: eleuant ad contemplationē dei. Sed et rote pariter vadūt: stant: et eleuantur: quia quesita sacra lectio talis inuenitur: qualis et sit ipse aquo querit. Ad actiuas em̄ vitam p̄fecisti ambulat tecū. Ad imobilitatē atq; constantiā spiritus p̄fecisti: stat tecū. Ad contemplatiuā vitā per dei gratiam peruenisti volat tecum. Et rursum subditur.

**¶** Quia spūs vite erat in rotis.

Quid iccirco secūdo dicit vite spiritus in rotis esse: quia scripture sacre duo sunt testamenta: que vtraq; dei spiritus scribiti voluit: vt nos ab ante morte liberaret. Vel certe: quia duo sunt p̄cepta charitatis: dilectio videlicet dei: et dilectio proximi: per que vtraq; nos sacre scripture dicta viuificat. Secūdo ergo dicit: qd̄ spiritus vite erat in rotis: quia dilectionē dei et proximi capimus in eloquijs diuis. Per p̄cepta em̄ scripture sacre reuiuiscim⁹: qui mortui in culpa iacebamus. Unde omnipotenti dño per psalmistā dicit: In eternū non obliuiscar iustificatiōes tuas: qz in ip̄is viuificasti me. ps. 118. Iustificatiōes em̄ p̄cepta dñi dicunt: in quib⁹ nos corrigēdo iustificat. De quibus psalmista apertius dicit: In tuis iustificatiōibus meditabor: nō obliuiscar sermōes tuos. In eis itaq; nos viuificat: quia p̄ hec nobis spiritalē vitā demonstrat: eaq; al̄s eamq; per assatū spiritus nostris mentibus infundit. Quid qz quotidie per donū gratie in electorū mentibus agit: spiritus vite erat in rotis. Hec nobis scriptura in tenebris vite p̄sentis facta est lumē itineris. Hinc etem̄ petrus ait: Cui bene facitis intēdentes quasi lucerne lucēti in caliginoso loco. 1. Petri. 2. Hinc psalmista dicit: Lucerna pedib⁹ meis verbū tuum dom̄e: et lumē semitis meis. ps. 118. Scimus tamē quia et ip̄a nobis nostra lucerna obscura est: nisi hāc nostris mentibus veritas illustret. Unde iterū psalmista ait: Quoniā tu illuminas lucernā meam: dñe deus meus illumina tenebras me

as. ps. 17. Quid em̄ lucerna ardēs: nisi lumen est: sed lumen rectū al̄s creatū nobis nō lucet: nisi illuminet a lumine non creato. Quia ergo omnipotēs deus ad salutē nostrā sanctorū testamentorū dicta: et ip̄e creauit: et ip̄e apperuit: spūs vite erat in rotis. Sequitur.

**¶** Et similitudo sup̄ capita animalū firmamenti: quasi aspect⁹ cristalli horribilis extēti: super capita eorū desuper.]

Hec largiente dño duobus modis exponimus: vt lectoris iudicio quid eligendū censet: relinquam⁹. Possunt em̄ firmamenti nom̄e celestes potestates intelligi qd̄ firmamenti recte: quasi aspectus cristalli dicit: quia videlicet cristallus forte quidē nimis est: sed ex aqua solidatur. Et natura angelica quādo creata est liberum arbitriū accepit: vtrū vellet in humilitate persistere: et in omnipotentis dei cōspectu permanere. An ad superbiam labere: et a beatitudine cadere: per similitudinē aqua fuit. Sed quia cadētib⁹ al̄is sancti angeli in sua b̄titudine persistērūt: atq; hoc acceperūt in munere: vt iā cadere nō omnino nō possent: in eis natura sua quia iā duci al̄s dei cōmutabiliter nō potest: quia si in magnitudine cristalli durata est. Qd̄ cristallū horribile et extensū super capita animalū dicit: quia ille potestates angelice que omnipotentis dei cōspectu assistūt nobis adhuc in hac corruptiōe positus: terribiles atq; pauēde sunt: quarū nūc gaudia quia sensum nostrarū mentiū excedūt: super capita animalū esse memorantur. Quis em̄ in carne corruptibili positus cōprehendere valeat: que sit illa angelorū ineffabilis: et sine fine leticia: que beatitudo sine defectu vultus videre creatoris: atq; in eius delectatiōe sine immutatiōe persistere. Potest autē firmamenti nom̄e ip̄e per figurā noster redēptor intelligi: vt⁹ deus super om̄ia: et factus inter om̄ia homo perfectus: in quo natura nostra apud patrē cōfirmata est. De quo etiā per psalm



missa prophetando dicit: Fiat manus tua super virtutem dextere tue: et super filium hominis quem confirmasti tibi. ps. 79. Humana etiam natura priusquam a creatore omnium suscipere: terra erat. Nam firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dicitur est. Terra es et in terra ibis. Gen. 3. Et postquam assumpta est ab auctore omnium: atque in celis subleuata: et super angelos ducta: firmamentum facta est que terra fuit. Sed firmamentum quod aspicitur cuius habeat similitudinem subinfertur cum dicitur: Quasi aspectus crystalli horribilis. Crystallus sicut dicitur est ex aqua congelata et robustus fit: scilicet vero quanta sit aque mobilitas. Corpus autem redemptoris nostris: quia usque ad mortem passioni subiaccuit: que simile iuxta aliquid fuit: qui nascendo: crescendo: lassescendo: esuriendo: sitiendo: moriendo usque ad passionem suam per momenta temporum mobiliter decurrit. Cuius cursum prophetam intus ait: Exultauit ut gigas ad currendam viam. ps. 118. Sed quia per resurrectionis sue gloriam ex ipsa sua corruptio in incorruptionis virtute conualuit: quasi crystalli more ex aqua duruit: ut in illo et hec eadem natura esset: et ipsa iam que fuerat corruptio: nis mutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum versa est: quando corruptio eius in firmitas per resurrectionem suam ad incorruptionem est firmitatem mutata. Sed notandum quod hoc crystallum horribile: id est pauidum dicitur. Quis autem nesciat cuius pulchritudinis sit crystallus? Et mirum quomodo in hoc crystallo conueniat pulchritudo cum pauore. Sed omnibus vera scientibus constat: quia redemptor humani generis cum iudex apparuerit: et speciosus iustis: et terribilis erit iniustis: quem enim mansuetum aspiciunt electi: hunc eundem pauidum atque terribilem conspiciunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbant: quia modo terrorem illius considerare non cessant. Studiosi enim considerant: quod terribilis ad iudicium ventat: culpam antea actas deservit: imminentes declinant. Pauore illius quotidie ante oculos mentis ponunt: et quando tremendus ap-

pareat: sine cessatione suspecti sunt: atque quod tidie timendo agunt: nequando venerit per timeant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti: quasi aspectus crystalli horribilis. Et quia ipse pauor eius quem in suis cogitationibus tenent: eorum mentes protegit. Recte subiungitur. Extenti super capita eorum desuper. Firmamentum hoc quod in similitudine crystalli super capita eorum animalium apparet: et horribile et extensum est: quia bonorum mentes unde terret inde protegit. Si enim pauidus in eorum cordibus non esset: peccator et modo a peccato: et postea supplicium non fuisset. Quia autem semper considerat quis pauor ex iudicio imineat: virtutum pennas in rectitudine conseruant. Unde et apte mox subdit.

**¶** Sub firmamento autem pene eorum recte alterius ad alterum.]

**¶** Tunc penne virtutum sub firmamento recte sunt: quoniam bonum quod alter habet: hoc alteri impendit: ut qui terrenam substantiam accipit: indigentis primi inopiam subleuet. Qui doctriam gratia plenus est: ignorantis primi tenebras verbo sue predicationis illustrat. Qui temporalis potestate subnixus est: oppressos a violentis releuet. Qui prophetie spiritu plenus est: a vita primi mala imminetia bona suadendo declinet. Qui gratiam creationis accepit: intercessione sua salutem infirmantium propter humiliter impedit. Qui a terrenis actibus libere soli deo vacare meruit: pro delinquentibus primis exoret. Sit autem sepe: ut qui terrena substantia nimis occupat: orationem non quantum debet inuigilet. Et sit plerumque: ut is qui exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat: sustentationem viuendum non habeat. Sed dum diues porrigit aliquid: autem pauper orationem suam diuitis impendit: penne animalium recte alterius ad alterum tendunt. Nam dum ille mihi verbum predicationis exhibet: et lumen veritatis ex corde meo ignorantie tenebras expellit: tunc illi ego quia fortasse a mundi butus potestate op-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

primis solatiū mee defensionis imparior atq; hūc de violentis manibus euello: ut cū nos affectu et ope vicaria ex bono qđ accepimus tangamus. Unde bene p̄mus pastor ammonet dicens: Omnium finis appropinquabit: estote itaq; prudētes: et vigilate in oratiōibus. Ante oīa autē mutuā in vobismetipsis charitatē p̄tinuā habētes: quia charitas operit multitudinē peccatorū hospitalis inuicē sine inuentionibus vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutro illaz administrātes. **1. Petri. 4.** Quod ergo apud ezechiēl penna: hoc apud petrū aplm accepta gratia dicit. Et qđ ille ait: Recte p̄ne alterius ad alterū: hoc ecclesie pastor dicit: Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutro illā administrātes. Penne em̄ nostre recte iā non sunt: si ad vtilitatē nostrā solummodo reflectunt. Sed tūc recte sunt: cū in vtilitatē pximi dirigitur qđ habem⁹. Quia em̄ bona nostra nō a nobis sūt: sed ab eo hec accepimus: a quo factū est vt essemus tāto ea nobis nō debemus retinere priuata quāto ea nobis p̄cipimus ab auctore nostro ad cōmunē vtilitatē data. Unde recte petrus aplm in exhortatiōe hui⁹ rei subdit dicens: Sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Atq; adhuc dicitur: Si quis loquit̄ quasi sermones dei: si quis ministrat tanq̄ ex virtute quā administrat deus. **1. Petri. 4.** Ac si aperte dicat: Humiliter impēdite bonū proximis: quia scitis vobis non a vobis esse qđ habetis. Quelibet em̄ penna virtutis cū ad pximū impartiendo tendit: recta nō erit si humilitate caruerit. Sequit̄

**¶ Numquodq; duabus alis velabat corpus suū: et alterū similiter velabatur.]**

Quia per corpus actio: per alas vero virtutes signantur: supra iam diximus. Et cum dicat:

**¶ Sub firmamento autem pen-**

ne eorū recte alterius ad alterū.

¶ Querendū est qualiter subdit. Annumquodq; duabus alis velabat corpus suū. Quia in re hoc patēter indicat: quia et p̄nas alias ad alterū tendebant: et tamen duabus alis corpus propriū velabāt. Quid est hoc: nisi quia sic et ebemus virtutes quas accepimus alijs impendere: vt et ea in quib⁹ peccauimus: nō desinamus caute cogitare: et reatū nostrū quotī die per timorē et penitentiā plangere. Quas em̄ alas superius quibus corpus velatur: timorē et penitentiā diximus. Sic ergo in charitate crescimus: et p̄nas tendamus in pxios: vt nunq̄ desinam⁹ cogitare et plangere nosmetipsos. Penne tēdant iuxta: penne cooperiāt corpora: vt et de bonis actibus prebeamus exēpla: et mala que egimus abscondāt a iudicio timorē et penitentiā. In translatiōe autē veteri de his alis dicitur:

**¶ Singulis due coniūctę et tegentes corpora eorum.]**

In quibus verbis intelligit̄: quia et ipse erant p̄ne que iungebant alterius ad alterū: et ipse que eorū corpora cooperiebant. Quod per figuraz bene accipit̄: quia ille nos virtutes apud omnipotentē deum protegit: quas ex charitate proximis impartitur atq; coniūgit. Cum quibus dū cōcorditer viuim⁹: mala que fecimus velamus. Possunt ergo etiā per has alas duo p̄cepta charitatis intelligi: Amor scilicet dei et pximi. Amādo em̄ deū nostra in nobis mala persequimur: id est corpus velamus. Diligēdo autem pximū et ei in quo prodesse possumus festinam⁹: id est alas ad alterū tendimus. Hec autē quod subdit. Et alterū similiter velabat: in translatiōe veteri non habet. Et queri potest: cur postq̄ dictus est. Numquodq; duabus alis velabat corpus suū. Subiūgitur. Et alterū similiter velabat. Translatiōe autē septuaginta interpretū: aquile et theodotiōis et symmachī sollicitę perscrutantes: nihil ex his verbis inuenim⁹.



Sed beati hieronymi scripturā legentes agnouim⁹: quia hāc sententiā in hebreā veritate ita positā: non quidē iuxta verbū sed iuxta sensum inuenierit. Queri etēn potest cur postq̄ dictum est. Anūquodq; velabat corpus suū. Statim subditur. Et alterū similiter velabat. Si enim diceret vnū ex altero: et alterū loquendi ratio staret. Postq̄ vero dictū est. Anūquodq;. Cur addit: alterū cum in vnoquoq; omnes cōprehendunt? Sed si et perfectōrū vitā et proficiētū merita distinguimus: et vnūquodq; et alterū non irrationabiliter postū videmus. Qui em̄ et sua desent: et virtutū pennas ad proximōs in exemplū tendūt: pculdubio perfecti sunt. Sūt autē pleriq; paruulorū: qui eorū lachrymas conspiciūt et imitant: et q̄ nudi in suis praustaribus esse potuissent: sanctos vigilātiōresq; viros cōsiderant: mox suis praustaribus irati accendunt: vt plangent et in flammā ad penitentiā: atq; vt velare sanctos corpora sua conspiciūt: ita ipsi quoq; lachrymorū suarum alis velant. Se ipsos em̄ magnis increpatiōibus ferūt: cur qui virtutes nō habēt peccata sua minime deplozant: si et illi adhuc plangere nō desistūt: qui iam virtutū pennas per exempla ad p̄mos tendūt. In quibus verbis necesse est vt nos qui paruuli adhuc sumus perfectōrū semp̄ et virtutes et lachrymas ante mētis nostre oculos ponam⁹: imitemur que in illis aspiciamus: vt dū ceperimus per incrementa crescere: possimus ab illo districto examine mala que fecimus: velare. In assiduis em̄ fletibus in quōtidiāna nostra penitentiā: habemus sacerdotē in cellis qui interpellat pro nobis. De quo etiā per Iohannē dicit. Siquis peccauerit: aduocātū habemus apud patrem iesum xpm̄ iustum: et ipse est p̄piciatio pro peccatis nostris. i. Iobis. 2. Ecce exultat animus cū aduocati nostri potētiā audimus. Sed exultationē nostrā iterū remouet timor: quia ipse qui nobis aduocatus est: dicit iustus. Nos em̄ causas iniusticie habemus: iustus vero aduoca-

tus iniustas causas nullomodo suscipit nec verba dare pro iniusticia consentit. Quid ergo agim⁹ charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala que fecimus: et deseramus et accusemus. Scriptū est. Iustus in principio accusator est sui. Proverb. 18. Quilibet etēn peccator cōuersus in fletibus laz iustus esse inchoat: cū ceperit accusare q̄ fecit. Cum em̄ iustus nō sit: qui cōtra suos am̄ iniusticiam iam per lachrymas seuit. Iustus igit aduocatus noster: iustos nos defēdit in iudicio: quia nosmetipsos et cognoscimus: et accusam⁹ iniustos. Non ergo in fletibus nō in actib⁹ nostris: sed in aduocati nostri allegatiōe confidamus: q̄ viuūt et regnat cum patre in vnitāte sp̄s sancti et regnat cum patre in vnitāte sp̄s sancti deus: per omnia secula seculorū Amen.

Explicit omelia. VII.

Incipit Omelia. VIII. que interpretat in primo capitulo: ab illa parte. Et audiebā sonū alarū etc. vsq; ad illam partem. Et audiui vocem loquētis in principio secūdi capitulo.]

Quod per exempla iustorū multū p̄ficiat: superioris locutiōis sine tractatū est. Atq; hoc ipm̄ p̄pheta nobis certius aperit: cū his que dixerat adiungit. Et audiebā sonū alarū quasi sonū aquarū multarū.]

Solent in sacro eloquio per aquas populi designari. Unde per Iohannē dicitur: Aque vero sunt populi. Idcirco autē aquis popul⁹ designat: q̄ et in vita sonū habet ex tumultu carnis et q̄tidiē defluit ex decursu mortalitatis. Et autē sepe is dicitur: ale animalū sūt virtutes sanctorū. Quid est ergo quod propheta alarū sonū audit: quasi sonū aquarū multarū: nisi quod ex omnipotentis dei pietate ille ale



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

virtutū que in paucis prius sanctis sona-  
bāt: iam nūc predicari de diffusā in multo-  
rū populorū conuersatiōe resonāt. In car-  
nato em̄ passo ac resurgente dño: pauca  
pennata animalia fuerūt: quia rari valde  
exiterūt qui celestia desiderarēt: et virtu-  
tū pēnis se in alta suspenderēt. Sed post  
q̄ diuinitatis eius p̄dicatio in mūdo dif-  
fusa est: quāti iam paruuli: quāti grauios-  
res: quāti fortes iuuenes: quāti imbecil-  
les: quāte cōuersē peccatrices: quāte an-  
virgines per fidē: per spem: per amorē ad  
celestia euolāt. Quis dicere: quis estima-  
re sufficiat? Ecce alarū sonus qui prius  
in paucis animalibus fuit: iam nūc in popu-  
lis resonat: iam nūc in multitudine als mū-  
di multitudinē ad celeste desiderū pēne  
virtutū leuāt. Bene ḡ d̄r: et audiebā sonū  
alarū quasi sonū aquarū multarū. Et sicut  
predati sumus: ille virtutū sonus: qui in  
aure dei prius ex paucis sanctis fact⁹ est:  
postmodū ex aquis multis: id est ex innu-  
merabilib⁹ est populis multiplicat⁹. De  
quo adhuc sono bene addit. Quasi sonū  
sublimis dei. Quid est q̄d alarū sonus in  
sanctis alalibus quasi sonus sublimis dei  
dicit: nisi q̄d omnipotens deus et ipse implet  
mentes sanctorū celesti desiderio: et ipse ex  
audit impletas. Ipse etenim creat in sancto-  
rū cordibus amorē: et ipse ex amantib⁹ cor-  
dibus suscipit precē. Negationē suā pe-  
trus fleuit amare: sed tamē illi premitit:  
quia iesus respexit petrū. Luce. 22. Res-  
nit maria magdalene post multas macu-  
las culpe: ad pedes redēptoris nostri cū  
lachrymis. Luce. 7. Sed quis illā infus-  
dit intus: nisi qui benigne suscepit foetis.  
Quis illā ad lachrymas vrgebat per cō-  
punctiōis spiritū: nisi qui hāc exterius co-  
rā simul recubentibus recipiebat ad veni-  
am? Redemptor: igit̄ noster peccatricis  
mulieris mentē extergebat: cuz de culpa  
compūgeret: suscipiebat vt a culpa libera-  
ret. Bene ergo iste alarū sonus: quasi so-  
nus sublimis dei dicit. Quia quicq̄d in  
sanctorū virtutibus agit: eius est gratie q̄  
merita largit: qui recte per prophetā sub-

limis deus esse memorat. Esaie. 57. In  
scriptura etenim sacra aliquādo deus nūcū  
patue: aliquādo vero essentialiter dicit:  
Nūcupatiue em̄ dicit: sicut scriptū est.  
Ecce cōstitui te deū pharaonis. Exo. 12.  
Et sicut moyses ait: Siquis hoc vel illud  
fecerit: applicabilē ad deos videlz ad sacer-  
dotes. Exod. 22. Qui rurū dicit: Dis  
nō detrahes: id est sacerdotibus. Ibidē.  
Et sicut psalmista ait: Deus stetit in syna-  
goga deorū: in medio autē deos discernit  
ps. 31. Essentialiter autē deus dicit: sicut  
ad moisen dicit: Ego sum deus p̄ris tui:  
deus abrahā: deus ysaac: deus iacob. Exo.  
di. 3. Unde paulus ap̄tus volens nūcu-  
patiū dei nomē ab essentiali discernere:  
de redemptore nostro locutus est dicens:  
Quorū patres ex quibus xp̄us scdm̄ car-  
nē qui est super omnia deus benedict⁹ in  
secula. Rom. 9. Qui em̄ nūcupatiue di-  
cit deus inter omnia. Qui vero essentiali-  
ter deus super omnia est. Et ergo ostende-  
ret xp̄m naturaliter deū: nō hunc deū tan-  
tūmodo: sed deū super omnia esse memora-  
uit. Quia et electus quisq̄ sicut premisi-  
mus: vel in exēplo iusticie prerogādo po-  
situs dicit deus potest: sed inter omnia quo-  
niā nūcupatiue deus. Xps autē deus est  
super omnia: quia naturaliter deus. Quē  
ergo paulus deū sup̄ omnia: hūc ezechiēl  
pp̄beta deū sublimē nomiat. Postq̄ ve-  
ro dictum est:

**Audiebā sonum alarū quasi  
sonū aquarū multarum.]**  
Quia adhuc additur.

**Quasi sonū sublimis dei.]**  
Etā hoc intelligere possumus: q̄d futurū  
electis omnibus scimus. Alarum em̄ soni-  
tus sicut dixim⁹: fuit in p̄dicatoribus san-  
ctis. Aquarū sonitus in cōuersis et sequē-  
tibus populis. Sed idē ipse sonitus erit  
quādoq̄ sonus sublimis dei. Quia mul-  
tudo que nūc ad fidē per sanctos docto-  
res trahit: quādoq̄ in celestē patriā con-  
gregat: vt ibi om̄es electi sine fine laudēt  
cū viderint sine fine quē laudent Et quia



tūc perfecte corpus redemptoris efficitur  
omnis multitudo sanctorum iuxta pauli vo-  
cem dicentis. *Et ipsa creatura liberabit a  
seruitute corruptiois in libertate glorie si-  
liorum dei.* Rom. 8. *Que ita tūc inhererent  
ut eis de corruptioe que per resurrectione  
nē vincēriaz nō in suo sancto amore cō-  
tradictat: sed unita glorie sui redēptoris fi-  
at.* Recte dicit: *Quasi sonus sublimis  
dei.* Notāndus est ordo describētis: quia  
prius sonus ex aliis animalium: qui postmo-  
dū quasi sonus aquarū multarū: ad extre-  
mū vero: quasi sonus sublimis dei dicit.

Quod em̄ prius p̄dicauerūt sancti: hoc  
postmodū crediderūt atq; tenuerūt cōuer-  
si ad fidē populū: qui ad extremū quoq; li-  
beratorū omnium reddent laudē in celesti-  
bus als in celestia tā subleuati. *Son⁹ ita-  
q; animalium fit sonus aquarū: et sonus aqua-  
rū fit quasi sonus sublimis dei.* Quia lau-  
dē omnipotentis dñi quā prius in mūdo pau-  
ci: hanc postmodū multi clamauerūt. *Et  
quā nūc nulli clamāt cū adhuc eis i semet  
ipsis sua corruptio repugnat: hāc in cele-  
sti patria electi omnes suo iam capiti uniti  
resonabūt.* Adhuc autē sanctorū animalium  
opera virtutesq; describunt: cū subdit.

**Cum ambularent quasi so-  
nus erat multitudinis ut sonus  
castrorum.]**

*Si per sonitū sublimis dei: laus nostri  
creatoris in celesti patria designat: mirā-  
dū non est qđ rursus ad sanctorū opera in  
hac adhuc vita viuentium p̄pheticus ser-  
mo refundit.* Quia sanctus spūs in corde  
p̄phetarū quod simul ostendit intus: nō  
simul eijcit per linguā foras. *Aqua quip-  
pe sciētie qua p̄phetant anim⁹ replet:  
in contemplationē vehemēter exuberat.  
Sed quia angustū est spiritus om̄e os ho-  
minis: id est foramē carnis: ad explendaz  
illā immensitatē que conspicit: proferen-  
do lingua variat.* Postq; ergo sonū alax  
quasi sonū sublimis dei esse cōspexit in ce-  
lis: rursus ad terras redit: et p̄nata ania-  
lia quid hic agant loquit: ut illic summa

mereantur dicens:

**Cum ambularent quasi so-  
nus erat multitudinis ut sonus  
castrorum.]**

*Cum p̄dicatores sancti mūdo predicā-  
do et trahēdo circueunt: animalia ambulāt.  
Et qđ hi etiā qđ colligūt statū ut credide-  
rint in laudē nostri creatoris exurgūt: fit  
son⁹ quasi sonus multitudinis.* Et qđ in pre-  
dicatioe eadem bellū p̄tra aereas potesta-  
tes sumūt. Recte subiungit. *Et sonitus  
castrorū.* Cum sanctis p̄dicatoribus fides  
les populi cōiungunt: p̄tra malignos sp̄i-  
ritus in p̄inctu fidei multitudinis castro-  
rū fiunt. *Et dū quotidiē fideles quicq; ces-  
lestibus desiderijs replent: terrena despi-  
ciūt: dura sibi p̄ amore superne patrie p̄-  
ponūt: cōtra potestates aereas castra fiūt  
quia armati fide et bonis operib⁹ muniti  
gradunt.* Quasi em̄ quibusdā castris sp̄i-  
ritalis exercitus per paulū dicit: *Induite  
vos armatura dei: ut possitis stare aduer-  
sus insidias dyabolū: quia nō est nobis col-  
luctatio aduersus carnē et sanguinē: sed  
aduersus principes et potestates: aduer-  
sus mūdi rectores tenebrarū: cōtra sp̄i-  
ritalia nequicie in celestib⁹.* Ephe. 6. *San-  
ctorū ergo multitudinis castra sunt: que bel-  
lū cōtra potestates aereas susceperūt. An-  
de facta et vniuersalis ecclesia ita sub spe-  
cie dilecte describit̄ ut dicat. Dulcēbra es  
amica mea suavis et decora sicut hierusa-  
lem: terribilis ut castrorū acies ordinata.*  
Canti. 6. *Quia em̄ hierusalē pacis visio  
interpretat̄: cuius noīe patria celestis ex-  
prim̄it̄: sancta ecclesia suavis et decora ut  
hierusalē dicit̄: quia eius vita et desiderium  
visioni iam pacis intime cōparat̄: ut in eo  
qđ auctore suū diligit qđ eius specie vide-  
re cōcupiscit.* De quo scriptū est. *In quē  
desiderāt angeli p̄spicere.* Petri. 1. *p̄  
ipsa iam amoris sui desideria angelis sumi-  
lis dicat. Que quantum deo amabilis effi-  
cī: tanto agit ut malignis spiritib⁹ terri-  
bilis fiat. Qualiter autē sit terribilis sub-  
lūcia cōparatioe ostendit̄: id est ut castrorū*

E



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ru acies ordinata. Cant. 6. Quid est qđ sancta ecclesia hostibus suis vt castrorū acies fit timenda. Non enim a magno intellectu vacat ista cōparatio: et iccirco est subtiliter intue da. Scimus et cōstat: quia castrorū acies tūc hostibus terribilis ostēdit: quādo ita fuerit cōstipata atq; densa ta: vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponit: vt locus vacuus per quē hostis possit ingredi, dimittat: profecto iam suis hostibus terribilis nō est. Et nos ergo cū contra malignos spiritus spiritalis certaminis acie ponimus: summo pere necesse est: vt per charitatē semp vni itaq; cōstriciti: et nunq̄ interrupti per discordiā inueniamur. Q: si quilibet bona in nobis opera fuerint: si charitas desit: per malū discordie locus aperit in acie: vnde ad feriēdos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero inimicus castitatē in nobis si sine charitate fuerit: nō timer: qz ipse nec carne premitur: vt in eius luxuria dissoluat. Abstinentiā nō timer: quia ipse cibo non vit: qui necessitate corporis nō vigeť. Distributionē terrenarū rerum nō timer: si eidē operi charitas desit: quia diuitiarū subsidijs nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatē veram: id est amorem humilē quē nobis vicissim impendimus timer: et nimis cōcordie nostre inuidet: quia hāc nos tenemus in terra: quaz ipse tenere nolēs amisit in celo. Bene est dicit: Terribilis vt castrorū acies ordinata: quia electorū multitudinē eo maligni spiritus pertimescūt: quo eos per charitatis concordia vitos contra se et cōglobatos a piciūt. Quanta autē sit concordie virtus ostendit: cum sine illa virtutes relique virtutes nō esse demonstrant. Magna enī est virtus abstinentie: sed si quis ita ab alimētis abstineat: vt ceteros in cibo dijudicet: et alimēta eadem que deus creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus etiam dampnet als conet. Romā. 8. quid huic virtus abstinentie facta est: nisi laqueus culpe? Unde per

psalmistā quoq; nullam esse abstinentiā sine cōcordia designans ait: Laudate eū in tympano et choro. ps. 150. In tympano enim corium sicum resonat. In choro autem voces cōcorditer cantant. Quid ergo per tympanum: nisi abstinentia? Et quid per chorū: nisi charitatis concordia designat? Qui itaq; sic abstinentiam tenet: vt concordia deferat: laudat quidem in tympano: sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plusq̄ necesse est student: a proximorū pace resiliunt: dum eos velut ebetes stultosq; contempnūt. Unde per se veritas admonet dicēs: Habete in vobis sal: et pacē habete inter vos. Marci. 9. Et quisquis habere sal sapientie studet: curet necesse est quatenus a pace concordie nunquā recedat. Quod vero de his duabus virtutibus dicitur: hoc de ceteris omnibus sentiendum est. Unde terribiliter paulus admonet dicēs: Pacem sequimini als sectamini cum omnibus et sanctimoniā: sine qua nemo videbit deum. Hebr. 12. Quia autem nil sine concordia deo placeat: ipsa per se veritas demonstrat dicens: Si offers munus tuum ad altare: et ibi recordat⁹ fueris: quia frater tuus deliquit als haber aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare: et vade prius recōciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuū. Mathei. 5. Ecce a discordantibus accipere non vult sacrificiū: holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantū sit malum discordie: ppter quod et illud abiicitur: per quod culpa laxatur. Quia vero electi semper in charitate coniuncti sunt: et hec eadem eorum charitas sonum laudis reddit auctori: malignis vero spiritibus: id est antiquis suis hostibus penam incurrit timoris. Recte nunc de penatis animalibus dicitur.

**C**um ambularent quasi sonus erat multitudinis: vt sonus castrorum. ]



**L**ibet autem ab exortu sancte ecclesie si dei oculos vsq; ad finem mundi tendere: & hec eadem castra quomodo ambulent: videre. **C**astra enim multitudinis appellantur exercitus cum in proximum pergunt: aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. **C**astris ergo via est presentis seculi omnibus concorditer viuentibus sanctis. **A**lia autem sunt castra predicantiu: qui huc illucq; pro colligendis animabus in sancti operis procinctu laborant. **A**lia castra continentiu: atq; ab hoc mundo recedentiu: qui contra malignorum spirituu bella quotidie in corde se preparant. **A**lia castra bonorum coniuuatiu: qui viuentes in amore omnipotentis dei concorditer: sic vicissim sibi carnis debitum solunt: vt tamen quid deo de bonis operibus debeant: nullatenus obliuiscantur. **S**ed & si qua (vt homines delinquit) hec incessanter pijs actibus redimunt. **Q**uia ergo distincti fidelium ordines: ab exortu sancte ecclesie vsq; ad finem mundi concorditer viuentes: contra potestates aeris dimicant: castra ambulant. **E**t fit quasi quidam castrorum sonitus: quia in eis ad laudem omnipotentis dei & virtutu gladij: & arma miraculorum sonant. **D**e sanctis vero animalibus adhuc subditur.

**C**umq; starent dimittebantur penne eorum.]

**S**tant sancta animalia quando ad que dei sunt: intenta contemplatione considerant. **S**ed eorum penne deponuntur: quia dum alta dei iudicia aspiciunt: sue in eis virtutes vilescunt. **Q**uod aperte exponitur cum statim subdit.

**N**am cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum stabant et submittebant alas suas.]

**F**irmamentum superius subintellectu duplici iudicauimus exponendum. **P**os-

sunt enim sicut dictum est: firmamenti nomine celestes virtutes intelligi. **E**t potest firmamenti nomine incarnatus vnigenitus per hoc quod in euz natura nostra ad eternitatem firmata est designari. **P**rius ergo quid sentiam? de angelis: & post modum de domino angeloru loquamur. **A**cce enim dicitur: **C**um fieret vox super firmamentu: stabant & submittebant alas suas. **Q**uo in loco hoc primus sciendum est: quia non submitti als submittere ab inferiori ad superiora tendere: sed a superioribus ad inferiora alas deponere: debet intelligi: propter hoc quod premissus est. **C**um starent demittebantur penne eorum. **Q**uerendum itaq; nobis est: que sit vox que super firmamentu fit als sit. **S**ed eandem vocem melius intelligim: si habim ad superiora gradientes: quasi quibusdam passibus ascendamus. **S**icut auditus corporis excitatus voce: ita sensus mentis excitatur intellectu qui de interioribus agitur. **V**ox ergo est in mente: si quidam sonus intelligentie. **S**ed sciendum est: quia nostris sensibus aliquando vox carnis loquitur: aliquando vox anime: aliquando vox firmamenti: aliquando vox que super firmamentu est. **D**ona mus ergo ante oculos quod quispiam sit lesus a proximo: qui ex humana ratione cogitat: vt vicem lesioni reddat: malum p malo retribuatur. **H**uc vox carnis loquitur in mente: quia cum diuina mandata precipiant: bene nos facere his qui nos oderunt: quisquis male facere se odientibus cogitat: in eius animo carnis vox sonat. **M**ulta terrena quotidie agimus: post hec ad orationem redimus: accenditur ad compunctionem animus: sed earum rerum quas egimus ymagines versantur in mente: & intentionem compunctionis prepediunt in oratione. **E**t quod volentes foris agimus als egimus hoc interius patimur inuiti. **A**t quedam cogitatio fanta smata mentem per imagines corporeas dispergant: ne stricte tota in oratione se colligat. **H**ec quoq; vox carnis est



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**C**ū vero et ista subūgimus: atq; ab oculis mentis cūctas corporeas imagines ef fugamus ipam in nobismetipsis naturam anime querētes: qualis sit que carnē viuificare potest: sed semetipam stringere in bonis cogitatōibus sicut desiderat nō potest: inuenim⁹ quendā intellectualē spiritū: per creatoris potentia viuentē: corpus qđ sustinet viuificantē: sed tamen obliuio nī subditū: mutabilitati subiectū: quē sepe timor afficit: leticia extollit. **I**pe itaq; intellectus anīe vox eius est: quia sonat qđ est. que tamen adhuc vox sub firmamēto est. **S**ed transcēdentis animal als animā vocē de firmamēto querimus: cū illa sanctorū angelorū in numerā multitudine in oī pteritis dñi cōspectu qualis sit inuestigamus: que sit in eis sine fine festiuitas visionis dei: que leticia sine defectu q̄ amoris ardor nō crucians: sed delectās: quātū in eis sit desideriu visionis dei cū facie tate: et quāta facietas cū desiderio: in quibus nec desideriu penā generat: nec facietas fastidiū parit: quomō inberendo beatitudini sint beati: quomō contemplādo semp eternitatē sint eterni: quomō cōstitūti vero lumini facti sint lux: quomō aspiciētes semper incōmutabilē: mutati sunt in incōmutabilitatē. **S**ed cū ista de angelis cogitamus: adhuc vox de firmamēto est: nō super firmamentū. **T**ransseat ergo animus 7 ab ipis transcēdat omne qđ creatū est: in solo creatoris sui lumīe fidei oculos figat: qđ vnus viuificet omnia que als qui creauit deus: qđ vbiq; est: et vbiq; totus est: qđ in circūscriptus et in cōprehensibilis sentiri potest: et videri non potest: qđ nusq; deest: et tamen ab iniquorū cogitatōibus longe est: qđ nec tibi deest: vbi longe est: quia vbi nō est per gratiā: adest per vindictā: qđ omnia tangit: nec tamē omnia equaliter tāgit. **Q**uedā etiā tangit vt sint: nec tamē vt viuāt et sentiāt: sicut sunt cūcta insensibilia. **Q**uedā tangit vt sint et viuāt et sentiāt: nec tamen vt discernāt: sicut sunt bruta animalia. **Q**uedā tangit: vt sint: viuāt: et sentiāt: et discernāt: sicut

est humana et angelica natura. **E**t cū ipse nunq; sibi metip̄ sit dissimilis: dissimiliter tamen tangit dissimilia. **Q**uōd vbiq; p̄sens est: et inueniri vix potest: qđ stantē sequimur et apprehēdere nō valem⁹. **P**onamus ergo ante oculos mentis: que illa natura sit que tenet omnia: implet omnia: circūplectit omnia: superexcedit omnia: sustinet omnia. **R**ec alia ex parte sustinet: atq; alia superexcedit: neq; alia ex parte implet: atq; alia circūplectit: sed circūplectēdo implet: implēdo circūplectit: sustinēdo superexcedit: superexcedēdo sustinet. **H**ui⁹ nature potentia cū strictus in ea cogitar animus: vox super firmamentū fit. **Q**uia eius intellectū cōspicit als cōcipit qui et angelorū sentium sua incōprehensibilitate trāscēdit. **C**um ergo vox super firmamentū sit: stant animalia et submittit alas suas: quia sanctorū mētēs cū creatoris sui potentia intenta cōtemplatiōe cōsiderāt: vilescunt eorū anīo virtutes quas habēt. **E**t tāto sūt apud se humiles: quāto eis illud altū est: qđ super angelos sonat. **F**ortasse etiā doctores sunt: sed cū ceperint tacita mēte cogitare que sit ineffabilis dei sapiētia: que mentes hominū sine strepitu verborū docet: et quomō hec eadē sapiētia si auditōr mētēs nō doccat vox docentū vacue laborat: sua eis poti⁹ nus doctrina vilescit: quia neq; qui plantat est aliquid: neq; q̄ rigat: sed qui in crementū dat deus. **F**ortasse p̄phete sunt: sed cū tacita mente cōsiderant: quia p̄phete sue oculo simul omnia diuinitatis mysteria penetrare nō possunt. **Q**uonia sicut ait ap̄lus. **E**x parte cognoscimus: et ex parte p̄phetam. **1. Corinth. 13.** In illa immēsitate secretorū vident: quia parū est omne qđ vident: atq; ex ipa altitudine luminis cōsiderant: qđ minus sit illud qđ intēto oculo quasi per rimas viderūt. **D**eponāt ergo alas suas cū vox super firmamentū sit: id est humilient in eo qđ apprehēdūt: cum supna conspiciūt: que ab eis cōprehendi nō possunt. **S**epe etiā sanctorū cogitatōibus ipa que habēt bona blā



diunt: vt eoz m̄tes in aliqua sui fiducia eleuent: sed proinus ad occulta dei iudicia recurrūt: quomodo alij ex virtutibus ad infernū per elationē corruūt: alij ex vicijis correcti: ad celā per humilitatē leuātur. Unde nos ad humilitatē reuocās p̄pheta terribiliter als terret ⁊ admonet dicens: Venite ⁊ videre opera dñi: q̄ terribilis in cōsilijs super filios hominū. ps. 65. Quis em̄ digne considerare valeat: quātus super nos terror sit cōsilioꝝ dei: quādo alter ex virtutibus in fine tēdit ad vicia: alter ex vicijis in virtutibus cōclūdit finē. Quia iuxta Salomōis vocem. Sunt iusti atq; sapientes ⁊ opera eoz in manu dei: nec tamen scit homo vtrū amore: an odio dignus sit? Eccl̄s. 9. sed omnia in futuro seruānt incerta. Ibidē. Et est vita que videt hominibus recta: ⁊ nouissimū eius ducit ad mortē. Prouerb. 14. Nec itaq; occulta iudicia ⁊ profunda cogitare: quid aliud est q̄ alas deponere id est de nulla iā virtute cōfidere: sed sub magno timore trepidare? Sive em̄ omni potētis dei naturā cōsideret: siue eius iudicia perpendat: trepidant: pertimescūt. Sīs ergo quasi alas deponere: est virtutes quas habēt humiliare. Sic abraham alas deposuit: qui quādo loqui cū deo cepit: puluerē ⁊ cinerē se esse cognouit dicens: Loquar ad dominū meū cū sim puluis ⁊ cinis. Genes. 18. Sic moyses alas deposuit: qui eruditus om̄i scientia egyptioꝝ: mox vt verba dñi audiuit: verba se nō habere deprehēdit dicens: Obsecro dñe nō sum eloquēs ab heri ⁊ nudius tertius: ex quo locutus es ad seruū tuū imperitioris ⁊ tardioris lingue sum. Exod. 4. Ac si aperte diceret: Postq̄ a te verba vire audio: cōfusum me in verbis prioribus agnosco. Sic esayas cui⁹ vita domio ad predicandū placuerat: cū eundē dominū cōtemplatus carbone de altari in ore tacellus est: ait: Te mihi quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum. Esai. 6. Ecce ad superiora subleuatus: sibi metip̄ de labioꝝ pollutioe displicuit: nisi em̄ celestis

mūdicie alta cōspiceret: sese iudicabilem nō inuenisset. Sic loquēte domino hieremias clamat: A a dñe deus: ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Hierem. 1. Iuxta ea enim verba que audiebat: verba se nō habere cognouerat. Sic daniel subtili mem vitionē videns: per plurimos dies elanguit ⁊ egrotauit. Daniel. 8. Quia ⁊ hi qui in virtutibus fortes sunt: cū altiora dei conspiciūt: in sua sibi met est imatio ne infirmi atq; imbecilles sūt. Sic beatus Job de quo domin⁹ amicis illius dixit: Non estis locuti corā me recti: sicut seruus meus Job. Job. 42. Cum verba dei colloquētis audiret: respondit dicens: In sapienter locutus sum: ⁊ que vltra modū excederēt scientiā meam. Ibidē. Et paulo post. Accirco ip̄e me reprehendo: ⁊ ago penitentiā in fauilla et cinere. Ibidem. Qui em̄ quantū ad homines sapiēt̄ locutus fuerat: loquentē sibi deū audiens: insipienter se locutum fuisse reprehēdit. Quia in cōtemplatiōe vere sapiētie: sua ei sapientia viluit. Ad vocē ergo desuper venientē anialia alas deponūt: quia virtutē dei siue in natura sua cōtemplari requiramus: siue in occultis iudicijs inuestigare cogitemus: pro eo qd̄ eius alta nobis impenetrabilia sunt: nostra nobis si qua inesse bona credebant vilesunt. Et qui in quātalacūq; scientia volare credebamus inuisibile super nos naturā: ⁊ impenetrabilia eius iudicia perpēdentes: submissis alis humiliter stamus. Sequit̄. **¶** Et super firmamentū quod erat imminēs capiti eoz: quasi aspectus lapidis saphyri: similitudo throni. Et super similitudinē throni: similitudo quasi aspectus hominis desuper. **¶** Quid per thronū: nisi ille virtutes angelice designant: que ip̄os quoq; angelos dignitate loci superioris excedūt. Nam cum angeli nūcij dicant: ⁊ sepe angeli ad annūcianda quedā hominibus veniant



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

throni missi ad ministeriū nuncijs nusquā legunt: quia eis longe sublimius creator omnium presidet. Unde paulus apostolus ordines celestium agminum quos ad tertium celum raptus viderat describens ait: **Sive throni: sive dominationes: sive principatus: sive potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt.** Colos. 1. **Thronus** igitur ante eos angelorum ordines dicitur: quibus illos prelatos esse cognouit. Bene autem thronus lapidi saphyro comparatur: quoniam lapis saphyros aerium habet colorem. **Virtutes** ergo celestium lapidi saphyro designantur: quia hi spiritus quibus deus omnipotens altius presidet: superioris loci in celestibus dignitatem tenent. **Super thronum** vero similitudo hominis: quia et super illas virtutes que et ipsos angelos antecedunt: nostri est gloria redemptoris. **Notandum** ergo qui ordo seruatur. **Super animalia** enim firmamentum: super firmamentum thronus: super thronum homo esse describitur. **Quia** et super sanctos homines ad huc in hac corruptione corporis viuentes angelus: et super angelos superiores et deo proxime angelice potestates. **Super potestates** vero deo proximas eleuatus est mediator dei et hominum: homo christus iesus 1. **1. Timoth. 4.** **Si** vero ut diximus firmamenti nomine mediator dei et hominum pro assumpta humanitate debet intelligi quia sub unius nominis appellacione solent per prophetie spiritum multa signari. **Uox** super firmamentum facta est: que super baptisatum dominum de celo sonuit: dicens: **Tu es filius meus dilectus: in te complacui.** Luce. 4. **Uel** sicut per euangelistam alium dicitur: **Hic est filius meus dilectus: in quo mihi complacui.** Mat. 3. et 17. **Queramus** igitur: quomodo hanc vocem animalia audiunt: et alas deponunt: **Abacuc** propheta requisitus dicit: **Domine audiui auditum tuum et timui: consideravi opera tua et expaui.** Abac. 3. **Quid** est autem quod pater de filio loquitur dicens: in quo mihi complacui. **Omnes** enim qui penitendo corriguntur aliqua que fecit: eo ipso quo penitet

se sibi displicuisse indicat: quia emendat quod fecit. **Et** quia omnipotens pater sicut intelligi ab hominibus poterat: humano modo locutus est de peccatoribus dicens: **Penitet me fecisse hominem super terram.** Gen. 6. quasi sibi miseris displicuit in peccatoribus quos creauit. **In** solo autem sibi unigenito domino nostro ihesu christo complacuit: quia hunc inter homines hominem creasse eum non penituit: in quo peccatum nullomodo inuenit. **Sicut** de illo per psalmistam dicitur: **Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech.** ps. 109. **In** solo ergo sibi redemptore nostro complacet pater. **Mat. 1.** quia in solo non inuenit culpam: in qua se reprehendit quasi per penitentiam. **Sancta** itaque animalia vocem super firmamentum audiant et pertimescant. **Quia** si solus sine peccato est in eius innocentia inspicitur: in quibus ipsa quotidie delinquant: que necesse est ut incessanter delectent. **Considerant** quoque quia et ipse auctor vite: sine passionis dolore ex hac vita non erit: et ergo hec vox super firmamentum facta est: quia omnipotentis patris sententia etiam de morte ac resurrectione unigeniti processit. **Sed** cum vox super firmamentum sit: stant animalia et submittere alas suas: quia sancti quibus cum ipsum quoque unigenitum flagellatum in hoc mundo conspiciunt: deponunt si quid de suis meritis presumunt. **Item** si ipse hinc sine flagello non erit: qui venit sine peccato: quomodo flagellis digni non erunt: qui huc cum peccato venerunt. **Ipsam** ergo firmamentum quod est super caput animalium: id est quod transcendit mentes sanctorum: habet super se vocem: quia redemptor noster eam quam cum patre dispocuit ex diuinitate sententiam: pertulit in carne quam audientes iusti terrent et omnem de suis viribus presumptionem deponunt. **Quibus** libet enim virtutibus polleat: quid digna vita peccatorum: et eius vita nulli flagello subiicitur: que subdita nulli peccato fuit. **Sed** ecce grauis questio nobis oritur cum dicitur: **Quia** super firmamentum quod erat immunes capiti eorum: quasi aspex



etus lapidis saphyri similitudo throni.] Si em̄ per firmamentū dñs: et per lapidē saphyrū et similitudinē throni summe ille potestates angelice figurant: quomō sup̄ per firmamentū: idest super dño als̄ dominū esse credē de sunt. Cum et mox subdidit. Et super similitudinē throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Nam si ita ut dictū est firmamentū exprimit dominus: et rursus homo accipit dominus qua ratiōe potest intelligi: et ipse sup̄ thronū: et ipse sub throno. Sed astrictos huius questionis nodos ipse soluit de quo loquitur: qui afflatu spiritus sancti ea que clausa sunt aperit. Incarnatus em̄ unigenit⁹ patris per hoc qd̄ homo factus est: infra angelos fuit: sicut de eo scriptū est. **Missisti eū paulominus ab angelis.** ps. 8. Resurgēs autem et ascendēs in celos omnibus angelicis potestatib⁹ presidet: sicut de illo rursus scriptū est. **Omnia subieci sti sub pedibus eius.** Ibidē. Et sicut ipse ait: **Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.** Mat. 28. Firmamentū ergo sub throno: et homo super thronū est. **Et per humane assumptionē nature: et ipse est sub angelis nat⁹: et ipse super angelos exaltatus: qui et priusq̄ per resurrectionis exaltatē gloriā: diuinitate super angelos fuit: sed tamē angelis ut dictū est humanitate minoratus: ex qua et morti subiacuit: et als̄ at postq̄ mortē resurgēdo calcavit: et humanitatē suam etiā maiestatis archangeloz superposuit.** Prius itaq̄ thronus super firmamentū: et post homo super thronū visus esse describit. **Et humani generis redemptor humanitatē quā descendendo sub angelis assumpsit: ascendendo super angelos exaltauit.** Si vero factū euz sub angelis dicimus sicut factū sub lege predicat apostolo audim⁹ **Gala. 3.** Assumptā ergo humanitatē sub angelis accipimus pro ea minoratiōe: in qua dignatus est apparere. Nam mox ut verbū caro factū est: mox deus homo potestate super angelos fuit. **De ipso quippe ante passionē scriptū est.** **Ecce angeli**

*Quid em̄ celi nomine: nisi sacra scriptu-*  
*ra signat? De qua nobis et sol sapientie et*  
*luna sciētie: et ex antiquis patribus stelle*  
*exemploꝝ atq̄ virtutuꝝ lucent.* Quid sicut  
pellis extendit: quia per scriptores suos  
carnis lingua formatuꝝ ante oculos nros  
per verba doctoruꝝ exponendo displicat.  
Quid vero aquaruꝝ nomie: nisi sanctissi-  
mi angeloz signant cboroꝝ. *De quibꝫ scri-*  
*ptuꝝ est. Et aque que super celos sunt: lau-*  
*dēt nomen dñi.* ps. 149. Huius ergo ce-  
li superiora dñs aquis tegit: quia alta sa-  
cri eloquiꝝ: id est ea que de natura diuini-  
tatis: vel de eternis gaudijs narrat nobis  
adhuc nesciētibus solis angelis in secre-  
to sunt cognita. Celi ergo hoc et corā no-  
bis extendit: et tamen in aquis superiora  
eius contegunt: quia et quedā sacri eloquiꝝ  
iam nobis per apertioneꝝ spiritus patet: et  
quedā que solis angelis possunt esse ma-  
nifesta: nobis adhuc seruant occulta. *De*  
*quibus tamē occultis iam partē per spiri-*  
*talem intelligentiā sentimus: iam sancti*  
*spiritus pignus accepimus: quia als qui*  
*hec et plene necdū cognouimus: et tamen*  
*medullitus amamus: et in multis spirita-*  
*libus sensibꝫ quos iam cognouimꝫ: veri-*  
*tatis pabulo pascimur. Picat ergo. Qui*  
*erat scriptus intus et foris: quia in sacro*  
*eloquio et dictis occultioribus atq̄ subli-*  
*mioribꝫ satiant fortes: et p̄ceptis apertio-*  
*ribus nos paruuli nutrimur.* Unde scri-  
ptuꝝ est. *Montes excelsi ceruis: petra refu-*  
*giuꝝ herinacijs.* ps. 103. Habeāt em̄ mon-  
tes intelligentie: qui iam contemplatiōis  
saltus sicut cerui dare nouerūt: sed petra  
fit refugiuꝝ herinacijs: quia nos paruuli et  
peccatoꝝ nostroz spinis cooperti: et si in-  
telligere alta nō possumus: in petre no-  
stre refugio: id est i xpi fide saluamur. *An-*  
*de et quibusdā dicit. Nihil iudicauit me*  
*scire inter vos: nisi xpm̄ iesum et hūc cru-*  
*stifixuꝝ.* 1. Corint̄. 2. *Ac si diceret. Quia*

vos capere diuinitatis. eius mysteria nō  
posse pensauit: sola vobis hūanitatis eius  
infrma locutus sum. Sequit̄.

**E**t scripta erant in eo lamen-  
tationes et carmen et vo.]

**C**armen aliquādo in bono: aliquādo ve-  
ro in malo dici als accipi dubiuꝝ nō est: quia  
et letuꝝ carmen et lugubre carmē dicere pos-  
sumus. Sed nos scripture sacre vsum se-  
quētes: que pene semp carmen ponere in  
p̄peris solet: hoc in loco pro bona parte  
dictuꝝ carmen accipimus. Nam cū omnia  
potēs deus populū suū de mari rubro li-  
berasset. Scriptuꝝ est. *Tūc moyses et filij*  
*israhel cecinerūt carmen dño.* Exod. 15.  
Et cū dauid victoriā de hostibus fecisset:  
scriptuꝝ est *Locuꝝ est dauid dño vba car-*  
*mis huius.* 2. Regū. 22. Salomō quoq̄  
ait: *Acetū in nitro: et qui cantat carmina*  
*corde pessimo.* Prover. 25. *Acetū qui p̄-*  
*pe si mittat in nitro: seruescit nitruꝝ protu-*  
*nus et ebullit. Et peruersa mēs quando*  
*per increpationē corripit: aut per predica-*  
*tiōis dulcedinē bona suadentiū: de core*  
*ptiōe fit deterior: et inde in murmuratiōis*  
*iniquitate succendit: vnde debuit ab iniqui-*  
*tate cōpesci. Per helyu quoz de ingrato*  
*ac sese desperate dicit. Et nō dixit: vbi est*  
*deus qui fecit me qui dedit carniā in nos*  
*cte.* Job. 35. *Carmen quippe in nocte est*  
*leticia in tribulatiōe. Carmen autē in no-*  
*cte accipimus: quādo in pressuris presen-*  
*tibus de futuris gaudijs cōsolamur. Car-*  
*mē nobis in nocte ostendebat aplūs cum*  
*dicebat: Spe gaudētes in tribulatiōe pa-*  
*tientes.* Rom. 12. *Carmen in nocte se da-*  
*uid habere indicat dicens: Tu mihi es re-*  
*fugiuꝝ a pressura que circumdedit me: exulta-*  
*tiō mea: redime me a circumdantibus me.*  
ps. 31. *Qui em̄ circumdare se pressuris nar-*  
*rat: et tamen deū sibi esse exultationē no-*  
*minat: pculdubio carmen in nocte cantat.*  
*Quia igit̄ pene semper in bono car-*  
*men ponere scriptura sacra cōsuevit: ita a*  
*nobis etiā in hoc loco debet intelligi. **De***  
*sūt in scriptura sacra sepius de eterno lu-*



etu q̄ presenti solet intelligi. Unde scri-  
ptū est. **De impio in malo: retributio em̄  
manuū eius fiet ei.** Esai. 5. **Et beatus Iob**  
**loquit̄ dicens: Si impius fuero ve mihi**  
**est. Si autē iustus nō leuabo caput fatu-**  
**ratu afflictiōe ⁊ miseria.** Job. 1. **Iustoz**  
**em̄ afflictiōe temporalis est.** **De ergo quod**  
**dirit: a tempale afflictiōe distinguit: qui ⁊**  
**iustu afflictiōe ⁊ impiū ve habere perbi-**  
**buit.** **Per semetip̄am quoq; veritas dicit**  
**De mūdo ab scandalis.** Mat. 18. **Et ve**  
**vobis qui ridetis: quoniā flebitis.** Luce  
6. **Et ve pregnātibus ⁊ nutricibus in il-**  
**lis dieb.** Mar. 23. **Pensandū nobis er-**  
**go est quomodo hec tria in sacro volumi-**  
**ne scripta sint: lamentatiōes carmē ⁊ ve.**  
**Lamentatio videlice: quia in eo cōscripta**  
**est penitentia peccatorū.** **Carmen vero:**  
**quia ibi p̄nūciant̄ gaudia iustoz.** **De autē:**  
**quia illic expressa est dampnatio repro-**  
**boz.** **Et ergo peccata punias: lege que ī**  
**hoc volumine scripta sunt lamēta.** **Scin-**  
**dite corda vestra ⁊ nō vestimēta vestra.**  
Job. 2. **Et rursus. Miseri estote ⁊ lū-**  
**gete: risus vester in lacrimis cōuertet̄: ⁊ gau-**  
**diū in merore.** Iacob. 4. **Et autē in pro-**  
**missione gaudij sequētis hylarescas: cog-**  
**nosce que in hoc volumine scripta sun-**  
**carmina laudis eterne.** **Beati qui habitāt**  
**in domo tua dñe: in seculū seculi lauda-**  
**būt te.** ps. 83. **Et sicut per quendā sapien-**  
**tē de celesti hierusalē dicit̄: Ex lapide pre-**  
**cioso ⁊ mūdo oēs platee ei ⁊ sternē: ⁊ per**  
**omnes vicus eius allelūa cantabit.** To-  
bie. 13. **Hoc nobis carmē celestis patrie**  
**nūciare eius eius venerāt: qui cōcordi-**  
**ter clamabāt: Gloria in excelsis deoz: in**  
**terra pax hominibus bone volūtat̄is.** Lu-  
ce. 2. **Sed si adhuc p̄senti seculo mēte he-**  
**res: si adhuc terrenis voluptatibus dele-**  
**ctaris: amare nō potes gaudia et̄na que**  
**audis.** **Cognosce ergo in hoc volumine**  
**ve qd̄ in eo scriptū est: atq; ab animo per-**  
**timorē expelle qd̄ diligis: vt possis ex in-**  
**dicio carmen amare qd̄ legis.** **Ibi quippe**  
**sub vni⁹ dampnati specie multitudo om-**  
**nis exprimi ē reproboz: cū voce veritatis**

dicit̄: **Ligatis pedibus eius ac manibus**  
**mittite eū in tenebras exteriores: illic erit**  
**fletus ⁊ stridor dentū.** Mat. 22. **Tūc**  
**em̄ reprobi in exteriores tenebras cadūt**  
**quia nūc in interioribus suis se sponte des-**  
**cecerūt: vt veritatis lumē: nec credendos**  
**nec bene operādo sequerent̄.** **In quibus**  
**ligatis pedib⁹ ac manibus mitti precipiū**  
**tur: quia nūc dū tempus operādi atq; cur-**  
**rendi est: habere manus ⁊ pedes liberos**  
**in bona actiōe noluerūt.** **Ibi ve reprobo-**  
**rū scriptū est. Vermis eoz non moriet̄: et**  
**ignis eoz non extinguet̄.** Esai. 66. **Ibi**  
**dampnatis ac repulsis dicit̄: Recedite a**  
**me maledicti in ignē eternū: qui prepara-**  
**tus est dyabolo ⁊ angelis eius.** Mat. 25  
**In hoc itaq; volumine cūcta que edificant**  
**oīa q̄ erudīt̄: scripta cōtinent̄.** **Peccasti**  
**em̄ ⁊ iā te penitet illicita p̄p̄trasse: vt ad**  
**agendā penitentiā docearis: ibi inuenis**  
**lamēta.** **Spe celestij gaudioz mentē re-**  
**leuare desideras: ibi ad cōsolationē tuā**  
**inuenis carmē.** **Sin vero mala perpetrā-**  
**sti: ⁊ hec te perpetraste nō penitet: sed cer-**  
**uicē mentis erigis: ad nulla penitentiā la-**  
**mentatiōes inclinares: nulla celestij gau-**  
**dioz expectatiōe corrigeris: velis nolis**  
**ibi scriptū auditurus es ve: vt quē nec tē**  
**mor ad penitentiā humiliat: nec spes ad**  
**superna premia exaltat: dampnatiōis sue**  
**iam nūc penā prospiciat: ⁊ sine excusatio-**  
**ne in eternū supplicij cadat.** **Quid igit̄**  
**fratres: quid agendū est miseris nobis: ni-**  
**si vt euigilemus ad hui⁹ verba volumis:**  
**⁊ mala que nos egisse memint⁹: fletib⁹**  
**puniamus: vt per lamēta penitentiē per-**  
**ueniamus ad carmē vite.** **Ne si affligi mo-**  
**do penitēdo volumus: ve postmodū sine**  
**sine sentiamus.** **Hec nos nostroz vulne-**  
**rū multitudo in desperationē depimat:**  
**quia maior est potētia medici q̄ magnitu-**  
**do languoris nostri.** **Quid est em̄ qd̄ res-**  
**parare ad salutē nō possit: qui potuit om-**  
**nia ex nihilo creare: Unigenitus quippe**  
**est om̄ipotenti patri cōeternus: qui cū eo**  
**viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti: ⁊**  
**om̄ia secula seculozum amen.**



Expositio beati Gregorij pape super Ezechielcm

Explicit omelia. IX.

Incipit Omelia. X. in qua interpretatur tertium capitulum: a principio vsq; ad illam partem. Et veni ad transmigracionem.]

**S**olent quidam scripta alio scripturam sacri eloquij legentes: cum sublimiores eius sententias penetrant: minora mandata que in firmitatibus data sunt: tumēti sensu despicere: et ea velle in alium intellectum permurare. Qui si recte in eo alta intelligent: mandata quoque minima despectum non haberent. Quia diuina precepta sic in quibusdam locumē magnis: ut tamē in quibusdam congruant paruulis qui per incrementa intelligentie quasi quibusdam passibus mentis crescunt: atque ad maiora intelligentia perueniunt. Unde nunc sancto propheta te dicitur.

**F**ili hominis quodcumque inuenieris comede.]

Quicquid enim in sacra scriptura inuenitur credendum est: quia et eius parua simpliciter componunt vitam: et eius magna subtiliter edificat intelligentiam. Sequitur.

**Q**uod comede volumē istud et vadens loquere ad filios israel. Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo.]

Scriptura sacra cibus et potus est. Unde etiam per prophetam alium dominus ministrat. Mittit famem in terram non famem parat: neque sitim aquę: sed audiendi verbum domini. Amos. 8. Qui ergo subtracto suo eloquio fame ac siti nos dicit atteri: quia eius verba et cibus noster et potus sint demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus: aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus que intelligi nequeunt: nisi exponantur: scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponit ut intelligat: quasi mandat ut glutiat. In rebus vero apertioribus

potus est. Potum enim non mandando glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus: quia etiam non exposita intelligere valemus. Pro eo autem quod multa ezechiel propheta obscura atque perplexa auditurus erat: nequaquam ei de sacro volumine dicitur bibere: sed comedere: ac si diceretur: Pertracta et intellige: id est prius mande et tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studij nostri ordo seruari: ut hec ideo cognoscamus: quatenus de iniquitate nostra condempnati: cognoscētes mala que fecimus: vultus: ne alia faciamus. Et cum iam ex magno usu lachrymarum de peccatorum remissione ceperit esse fiducia: per verba dei que intelligimus: ad vitam quoque et alios tractamus. Ad hoc enim intelligenda sunt: ut et nobis possint: et intentione spiritali alijs confortant. Unde bene nunc dicitur: Comede volumē istud et vade loquere ad filios israel. Ac si ei de sacro cibo diceretur: Comede et pascere: saturare et eructa: et spargere: confortare et labora. Et notandum quod propheta subiungit dicens: Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo. Os in corde esse alius propheta testatur dicens: Labia dolosa in corde: et corde locuti sunt mala. Ps. 120. Ergo aperimus: quando sensum ad intelligentiam sacri verbi preparamus. Itaque ad vocem domini propheta os aperit: quia ad spiramentum domini precepti cordis nostri desideria inhabitant: ut de cibo vite alius quid sumat. Sed tamen hoc ipsum sumere nostrarum virtutum non est: nisi ipse cibauerit qui ut comedat iussit. Ille etenim cibatur qui per se edere non potest: et quia ad capienda verba celestia ydonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibatur qui nobis in tempore magno dum hodie intelligimus: quod heretico die nesciebamus: cras quoque comprehendimus: quod hodie nescimus: per diuine dispensationis gratiam: quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens enim deus quasi totiens ad os cordis nostri manus porrigit: quotiens nobis intellectum aperit: et cibum sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Et



bat ergo nos volumus: cū sensum nobis scripturę suę dispensando aperit: et ei⁹ dulcedine nostras cogitationes replet. **Unde et subditur.**

**Et dixit ad me. Fili hominis venter tuus comedet: et viscera tua replebunt volumine isto quod ego do tibi.]**

**In translatione veteri non habet: venter tuus comedet: et viscera tua replebunt. Sed: os tuum comedet: et viscera tua complent. Os enim nostrum comedit dum verbum dei legimus: viscera vero nostra complent cum intelligimus atque seruamus ea in quibus legendo laboramus. In posteriori autem translatione quae et veraciorē credimus.**

**Scriptum est. Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt. In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente poni conuenit. Unde et per hieremiam dicit: Ventrē meū doleo: ventrē meū doleo. **Ps. 4.** Quia de spiritali et non corporeo ventre dixerat adiunxit. Sensus cordis mei conturbati sunt. **Hec enim ad salutē populī pertinet: bar: si propheta ventrē corporeū se dolere predicaret: sed ventrē voluit: qui mentis afflictionē sensit. Sed cur exemplū prophete perferimus: cū testimoniū dñi apertius habeamus? Et necesse est ut cū per semet ipsam veritas loquit: propheta taceat: quia lucerna claritatē non habet in sole. **Hic enim qui credit in me sicut dicit scriptura. Flumina de ventre eius fluunt aque viue. **Job. 6.** Quia enim de mente fidelium sancte predicatioes defluunt: quasi de ventre credentium aque viue flumina decurrunt. Ventrīs sunt viscera quid sunt alius: nisi mentis interior: id est recta interior: sanctorū desiderium humilis ad deū: pia ad proximum voluntas. Unde recte nunc dicit.******

**Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt.]**

**Quia cū mens nostra pabulū veritatis acceperit: in terra nostra non iam vacua remanet: sed alimēto vite satiata. **Dense:****

**mus fratres charissimi quod sit pia ista promissio qua dicit: Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt volumine isto quod ego do tibi. Multi etenim legunt: et ab ipsa lectione ieiunant sunt. Multi vocē predicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt. Quorum et si venter comedit: viscera non replent: quia et si mente intellectū sacri verbi percipiunt: obliuiscendo et non seruando quod audierint: hec in cordis visceribus non reponunt. Hinc est etiam quod per prophetā alium quosdam dñs increpat dicens: **Nonne corda vestra super vias vestras. Seminaistis multum et intulistis parum: comedistis et non estis satiati: bibistis et non estis inebriati. **Agg. 1.** Multum cordi suo seminat: sed parum infert qui de mandatis celestibus vel legendo vel etiā audiendo multa cognoscit sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit et non satiat qui verba dei audit: ens: lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicit: quia aliud mandatur: et aliud esurit. **Bibit et non inebriatur qui ad vocē predicationis aurē inclinatur: sed mentē non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum dei verbum deuotus est: sed ea que sunt huius seculi adipisci desiderat: bibit et inebriatus non est. Si enim inebriatus esset: mentē proculdubio mutasset: ut iam terrena non quereretur: iam vana et transitoria que amauerat non amaret. **De electis namque per psalmistā dicit: Inebriabitur ab ubertate domus tue. **ps. 35.** Quia tanto omnipotentis dei amore repleti sunt: ut mutata mente sibi mentis extranei esse videantur implētes quod scriptum est. **Qui vult post me venire: abneget semetipsum. **Matth. 16.** Semetipsum abnegat: qui mutat ad meliora: et incipit esse quod non erat. Sepe autem quibusdam vidimus ad vocem predicationis: quasi ex conversione compunctos: habitum non animū mutasse: ita ut religiosam vestem sumerent: sed ante acta vicia non calcarant: ire stimulis immaniter agitari: malicie dolore in proximi lesione fervere: de ostensis quibus**********



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

dam bonis ante humanis oculis superbi-  
re: presentis mundi lucra inbiater querere  
et de solo exterius habitu que sumperunt  
sanctitatisque fiducia habere: quibus quid  
aliud dicendum: nisi hoc quod magister alius  
doctor egregius quibusdam legis exterioris  
seruandis loquitur dicens: Quia in christo  
tesu neque circumcisio aliquid valet: neque  
puncitur: ad noua creatura. Gal. 5. Non enim  
magni est meriti si quod foris erga nos agatur  
in corpore: sed magnopere pensandum  
est quid agatur in mente. Nam presentem mundum  
despicere: transitoria non amare: mentem  
medullitus in humilitate deo et proximo  
sternere: contra illatas contumelias patientiam  
seruare: et custodita patientia dolorem  
malicie a corde repellere: egenis propria  
tribuere: aliena minime ambire: amicum in  
deo diligere: propter deum et eos qui inimici  
sunt amare: de afflictione proximi lugere:  
de morte eius qui inimicus est non exulta-  
re: hec est noua creatura: quam idem magister  
gentium apud alios discipulos vigilans  
et oculo requirit dicens: Si qua igitur in christo  
noua creatura vetera transferuntur: ecce facta  
sunt noua. Ad veterem quippe hominem  
pertinet presentem mundum querere: transito-  
ria ex concupiscentia amare: mentem in super-  
bia erigere: patientiam non habere: ex dolore  
malicie de proximo lesione cogitare: sua in-  
digentibus non dare: atque ad multiplican-  
dam aliena querere: nullum pure propter deum  
diligere: inimicitias inimicis reddere: de  
afflictione proximi gaudere. Quia hec vetu-  
sti sunt hominis que videlicet de radice tra-  
himus corruptiōis. Sed quoniam ista exu-  
perat: et ad precepta diuina mentem in beni-  
gnitate commutat: de hoc recte dicitur: Quia  
vetera transferuntur: ecce facta sunt noua.  
Tunc ergo in nostris mentibus noua fiunt  
cum a nobis vetusti hominis vicia transeunt:  
quando facti verbi preceptum venter come-  
dit: et viscera medullitus replent. Sepe  
enim quosdam vidimus tota se mente ad san-  
cte lectiōis studium contulisse: atque inter ver-  
ba domini recognoscetes in quantum delin-  
querunt: semetipsos in lachrymis mactare

merore continuo afficere: in nullis huiusmodi  
diuinitatibus delectari: ita ut eis vita  
presens oneri et lux ipsa fastidio fieret: vix  
ad colloquendum communia admittere: atque  
a rigore discipline animum difficile relaxare.  
per amorem conditoris licet solimodo et si-  
lentio gaudere. Huiusmodi venter sacrum volu-  
men comedit: et viscera repleta sunt: quia  
precepta vite que sensus capere potuit: me-  
moriam non amisit. Sed hec collectum in deo  
animus lugendo semper et recolendo serua-  
uit. Et sic plerumque ut tales quibus ex dono  
celestis gratie: etiam verbum doctrine percipi-  
unt: atque de veritatis pabulo quod ipsi intrin-  
secus dulciter ruminant: et primos suauiter  
pascant. De quorum profecto ore predica-  
tio tanto audientibus dulcis est: quanto eo-  
rum actio contraria suis predicatiōibus non  
est. Quia de propria vita sumunt: quod per  
linguam proximis conferunt. Unde hic recte  
quod propheta subiungit.

**B** Et comedit illud et factum est  
in ore meo sicut mel dulce.]

**L**iber qui viscera repleat dulcis in ore  
sicut mel factus est: quod ipsi de omnipotentem  
deum sciunt suauiter loqui: qui hinc videlicet  
rit in cordis sui visceribus veraciter ama-  
re. In eis quippe ore scriptura sacra dul-  
cis est: cuius vite viscera mandatis illius  
replent. Quia ei suauis est ad loquendum  
cum interius impressa ad viuendum fuerit.  
Nam sermo dulcedinem non habet: quem vita  
reproba intra conscientiam remouet. Unde  
de necessitate est ut qui verbum dei loquitur: pri-  
us studeat qualiter viuat: et post ex vita  
colligat: que et qualiter dicat. Ad predi-  
candum namque plus conscientia sancti amo-  
ris edificat: quam exercitatio sermōis. Quia  
amando celestia intra semetipsum predicator  
legit quomodo persuadeat: ut despicit debe-  
ant terrena. Qui enim vitam suam interius  
pensat: et exemplo suo foris ammonendo ali-  
os edificat: quasi in corde lingue calami  
tingit: in eo quod manu verbi alius verbum pro-  
ximis exterius scribit. Unde admirabilis  
predicator cum multis discipulis exhortando di-



xit: quia nullā intra semetipm̄ de cōscien-  
tia contrarietate pertulit: securus adlūxit  
Siqua virtus: si qua laus discipline: hec  
cogitate: que ⁊ didicistis: ⁊ accepistis: et  
audistis: ⁊ vidistis in me hec agite: ⁊ de  
pacis erit vobiscū. *Phik. 4. Sequit.*

**Et dixit ad me. Fili hominis:  
vade ad domū israel ⁊ loqueris  
verba mea ad eos.]**

**In eo q̄ dñs pphete dicit: loqueris ver-  
ba mea ad eos. Quid aliud q̄ ei? ozi fre-  
nū moderamīs imponit: ne que prius in-  
tus nō audierit: foris dicere p̄sumat. Nā  
pphete falsi sua ⁊ nō dñi verba loquebā-  
tur. De quibus scriptū est. Nolite audire  
verba pphetarū qui pphetāt vobis ⁊ de-  
cipiūt vos: visionē cordis sui loquūtur nō  
de ore dñi. *Hiere. 22. Et rursus. Nō lo-  
quebar ad eos ⁊ ipi pphetabant. Ibidē.  
Qua ex re quoq̄ colligendū est: quia et  
quisquis expositor explanatiōe sacri elo-  
quij vt fortasse auditoribus placeat aliqd̄  
mentiedo componit: sua ⁊ nō dñi verba  
loquit: si tamen placēdi vel seducēdi stu-  
dio mentiat. Nam si in verbis dñicis vir-  
tutē requirens: ip̄e aliter q̄ is per quem  
plata sunt senserit: etiā si sub intellectu  
alio edificationē charitatis requirat: dñi  
sunt verba que narrat: quia ad hoc solum  
deus per totā nobis sacra scripturā loquit  
tur: vt nos ad suū ⁊ proximī amorem tra-  
hat. Sequitur.***

**Non enim ad populū pfun-  
di sermonis ⁊ ignote lingue: tu  
mitteris ad domū israhel: neq̄  
ad populos multos pfundi ser-  
monis ⁊ ignote lingue: quorum  
nō possis audire sermones: ⁊ si  
ad illos mittereris ipi audirēt te  
Domus autē israel: nolūt audi-  
re te: quia nolūt audire me.]**

**In ip̄o iussionis exordio quo ppheta ad  
predicandū mittit: aperte ⁊ vocatio gen-**

tū ⁊ israelitarū repulsiō designat. Nam  
cū dicit: Non ad populos multos pfun-  
di sermonis ⁊ ignote lingue mitteris: quo-  
rum nō possis audire sermones: atq̄ sta-  
tī subdit. Et si ad illos mittereris ipi au-  
dirēt te: aperte declarat obedientia gen-  
tū: que quādoq̄ predicatorū voces essent  
sine tarditate secuturē. Et cū subdit. Do-  
mus autē israel: nolūt audire te: quia no-  
lūt audire meriudee duricia designat que  
verba predicantiū ⁊ cognouit: ⁊ sequi no-  
luit. Ignora autē lingua gentiū ad obe-  
diendū morā nō fecit: quis extranea ab  
eloq̄o legi fuit. Bene autē dicit: Nolūt  
audire te: quia nolūt audire me: scōz hoc  
q̄ scriptū est. Qui vos spernit: me sper-  
nit. *Luce. 10. Causa quoq̄ cur nō audis  
ant subinfert eum dicit:*

**Omnis quippe domus israel  
attrita fronte est ⁊ duro corde.]**

**Cum domus israel attrita fronte esse p̄-  
hibet: quid aliud sentiendū: quid due cogi-  
tandū est: nisi quod frontē cordis in impu-  
dentia atterit culpa frequēs: vt q̄ crebri-  
us cōmittit: eo de illo cōmittentis anim⁹  
minus verecūdet: atq̄ ideo ad tantā cor-  
dis duriciā quādoq̄ peccatorū peruenit:  
vt tam in correptiōe sensibilis nō sit: quia  
qui vsu peccādi induruit: nullomō cor-  
pientis: id est manū palpātis sentit: sicut  
iudee quoq̄ crebrius delinquēti dicitur:  
Frons mulieris meretricis facta est tibi:  
noluisti erubescere. *Jerem. 3. Vel certe  
attrita frons est in hui⁹ mūdi actibus as-  
sueta: quia sicut sunt nōnulli qui quietē  
cūctis mūdi premijs atq̄ honoribus p̄po-  
nūt: ita nōnulli vt in hoc mūdo aliquid ef-  
se videant: terrenis laboribus insudāt: in-  
sistūt causis: permittent iurgijs: ⁊ quāuis  
se corpore deficere inter labores sentiāt:  
amore tamē terrenarū rerū deuicij dele-  
crabiliter fatigant. Quibus per ppheta  
dicit: Effraim vitula docta diligere tritu-  
rā. *Osē. 10. Vitula etiam in tritura aree  
assueta: etiā si relaxat a labore sponte re-  
dit. Sic quibusdā prauis mētibus nihil****



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

est laboriosus q̄ si eis precipit: vt in huius mundi actibus nō laborent. Nam sepe quidā repulsi ab actiōe: terrena deprecatur vt redeat: rogant vt premant: graue se incurrisse periculū quietē putāt. Alit̄ta ergo fronte sunt: qui nō solum labores nō fugiūt: sed neq; ip̄osū videri in laboribus q̄ sibi negant erubescūt. Sequit̄.

**¶** Ecce dedi faciē tuam valentiorē faciebus eorū: et frontē tuā duriorē frontibus eorū.]

**¶** Sicut verecūdia laudabilis est in malo ita reprehensibilis est in bono. Erubescere est malū sapientie est. Bonū vero erubescere fatuitatis. Unde scriptū est. Est cōfusio adducēs peccatū: et est cōfusio adducens gloriā. Eccl. 4. Qui enim erubescit penitēdo mala que fecit: ad vite libertatē peruenit: qui vero erubescit bona facere: a statu rectitudinis cadit: atq; ad damnationē tendit. Sicut per redēptorem dicit: Qui me erubuerit et meos sermones: hūc filius hominis erubescit cū uenerit in maiestate sua. Luce. 9. Et sunt q̄ bona iam in mēte cōcipiūt: sed necdū malis aperte cōtradiciūt. Hi nimirū quia boni sunt in mēte: sed auctoritatē nō habēt in locutiōe: apti ad ueritatis defensionē non sunt. Ille enim esse ueritatis defensor debet: qui q̄ recte sentit: loqui nec metuit: nec erubescit. Unde nūc in magno munere p̄bete promittit. Ecce dedi faciem tuā ualentiorē faciebus eorū: et frontē tuā duriorē frontibus eorū. Quid est autē peccator: nisi vulneratus? Et q̄d p̄dicator: nisi si medicus? Si ergo nō erubescit peccator: qui iacet in uulnere: cur erubescat medicus: qui per medicamēta p̄udet salutem. Sepe uero cōtingit vt predicator: reuerter̄ audiat: nonnūquā uero a peruersis ita despicit: ac si eis nihil utilitatis loquar. Unde recte nūc subdit.

**¶** Ut adamantem et ut silicē dedi faciem tuam.]

**¶** Adamas et silex utraq; dura: sed vnū bo-

rum p̄ciosum est: alterū vile. Adamas ad ornamentū sumitur: silex ab itineratibus calcatur. Et sepe cōtingit: vt hos quos correptionē suam cōspicimus nimis humiliter audire: verecūdemur eis aliqua dicere. Nonnūquā uero euenit: vt eos quos increpationē suā uidemus postponere: et despectui habere: trepidemus eis uerbū predicationis inferre. Sed si recte sapim⁹: et ad eos a quibus honorari cōspicimus: et ad eos a quib⁹ nos despici uidem⁹: auctoritatē exhortatiōis uel increpationis sumimus: vt nec illos humilitatē debeam⁹ erubescere: nec horū superbiā formidare. Dicit̄ 3. Dedi faciē tuam ut adamantē: id est si ab auditoribus honoraris. Dedi faciē tuam ut silicē: si ab auditorib⁹ conculcari atq; despicieris: vt nec per illatū honorē refrēneſ lingua ex verecūdia: nec per despectū taceat ex infirmitate. sequit̄.

**¶** Ne timeas eos: neq; metuas a facie eorum: quia domus exasperans est.]

**¶** Hoc iam superius dictū est. Sed notandum quā aspera domus habet: cui⁹ asperitas tam crebro replicatur. Increpandus itaq; peccator est: et nūquā timēdus: quia domus exasperans est. Timere enim homo debuerat: si ip̄e aucto: em omnū vt homo timuisset. Nam qui ratiois sensus ad timorē dei nō habuit: tanto in nullo timēdus est: quāro hoc quod esse debuit: non est. Sequitur.

**¶** Et dixit ad me. Fili hominis omnes sermones meos quos loquor ad te assume in corde tuo: et auribus tuis audi: et uade ingredi ad transmigratiōē filiorū populū tui.]

**¶** Vigilanter intuentū est qd̄ uoce domini ad prophetā dicit̄: vt prius sermones audiat: et postmodū loquat̄. Audim⁹ enim uerba dei si facimus. Et tūc ea proximis recte loquimur: cū prius ip̄i fecerimus.



Quod bene marcus euāgelista cōfirmat cū factum dñi miraculū narrat dicēs: Ad ducit ei surdū ⁊ mutū ⁊ deprecabānt euz ⁊ imponat illi manū. Mar. 7. Cuius ordinē curatōis ūnuat subdēs. **D**isit digitos suos in auriculas: expuēsq; tetigit linguā eius: ⁊ suspiciēs in celū ingemuit: et ait illi: Effeta qđ est ad aperire: ⁊ statim aperte sunt aures eius: ⁊ solutū est vinculū lingue eius: ⁊ loquebat recte. **A**bidez. **Q**uid est em quod creator omnīū deus: cum surdū ⁊ mutū sanare voluisset: in aures illius suos digitos misit: ⁊ expuēs linguā eius tetigit? **Q**uid per digitos redēptōis: nisi dona sancti spiritus designātur? **U**nde cū in loco alio eiecisset demoniū dixit: Si in digito dei eicio demonia pfecto peruenit in vos regnū dei. **L**uce 11. **Q**ua de re per euāgelistā aliū dixisse describit. **S**i ego in spiritu dei eicio demones: igitur peruenit in vos regnū dei. **E**x quo viroq; loco colligit: quia digitus spiritus vocat. **D**igitos ergo in auriculas mittere: est per dona spiritus sancti mentē surdi ad obediendū aperire. **Q**uid est vero quod expuēs linguā eius tetigit? **S**aluā nobis est ex ore redēptōis: accepta sapientia in eloquio diuino. **S**aluā quippe ex capite defluit in ore. **E**a ergo sapientia que ipse est: dum lingua nostra tāgit: mor ad predicatōis verba format. **C**ui suspiciens in celum ingemuit: non quod ipse necessariū gemitū haberet: qui dabat qđ postulabat: sed nos ad deū gemere qui in celo p̄sident docuit: vt ⁊ aures nostre per dona spiritū aperiri: ⁊ lingua per saluā oris: id est per scientiam diuine locutiōis solui debeat ad verba p̄dicatiōnis. **C**ui mox effeta id est ad aperire dicitur: ⁊ statim aperte sunt aures eius: ⁊ solutū est vinculū lingue eius. **M**arci. 7. **Q**ua in re notandū est: quia ppter clausas aures dictū est: ad aperire. **S**ed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint ex subsequēdi proculdubio etiā lingue eius vinculū soluit: vt bona que ipse fecerit: etiā faciēda alijs loquat. **A**bi bes

ne addit. **E**t loquebat recte. **I**lle em res cte loquit: qui prius obediendo fecerit: q loquēdo animonet esse faciēda. **Q**uod vero ad trāsmigrationē populi ammonēdam ppheta mittit: non solū ea trāsmigratio debet intelligi que ei? populi erat in corpore: sed etiā que facta fuerat in mēte. **A**b hierusalē quippe ad babiloniā uenerat. **E**t quid hierusalē: nisi visio pacis? **Q**uid babilonia: nisi cōfusio vocatur? **Q**uisquis vero a rectis opibus in pueris actib' cadit: quādo a bono studio ad uicia defluit: quasi ab hierusalē ad babiloniā ciuitatē uenit. **C**ulmen em bone cōtemplatiōis deseruit: atq; in trāsmigratiōe cōfusiois iacet. **Q**uod illis sepe solet euenire: qui cum bona agūt in his de sua uirtute glorianē. **U**nde psalmista ne a uisione pacis: id est a bonis actibus cāpriū ad babiloniā emigraret: dño supplicās dicit: **A**diutor meus non emigrabo. ps. 61. **E**t em in se cōsideret: a iusticie operibus cadēdo migrasset. **S**ed ne q; hi qui a statu rectitudis in prauā actionē ceciderūt: desperādi sunt. **Q**uia ecce propheta ad trāsmigratiōē babilonie mittit. **E**t per pphetā aliū domin' dicit: **E**t uentes vsq; babilonē ibi liberaberis. **M**ichee. 4. **S**epe em quis postq; in p̄sionē uiciorū ceciderit: erubescēs mala q; perpetravit ad penitētiā redit: seq; a suis lapsib' bene uiuēdo erigit. **Q**uid ḡ iste: nisi vsq; ad babilonē uenit: ⁊ ibi liberatus est? **Q**ui postq; p̄sus mente pueria perpetravit: hec ipa erubescens mala que fecit: se cōtra se erigit: ⁊ bene opando ad statū rectitudis redit. **I**n babilone itaq; liberatus est: q; per diuinā gratiā ostendit etiā de cōfusione saluatus. **P**ropheta ergo ad trāsmigratiōē loquit: cū illos increpat qui a statu rectitudis ad erroris uicia trāsmigrādo ceciderūt. **S**equit.

**E**t loqueris ad eos: ⁊ dices: **H**ec dicit dominus deus si forte audiant ⁊ quiescant.

**Q**uod toriens diuis vocib' difficultas



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

audiendi repetit vt dicat: si forte audiāt: quid aliud q̄ trāsmigrati populi duricia designat? In quib⁹ verbis magna est nostra cōsolatio: quia si omnipotens deus p̄ phetam mittēs a peruerso populo verba sua denūciat difficile audiri: cur nos miserī cōtristamur cū sepe a fratrib⁹ in nostra ammonitiōe cōtempnimur? **N**az crebro delinquētes alloquimur: frequēter increpamus: sepe cū eis blandis sermonibus agimus: at alīi et tamen alter audit: alter audire cōtempnit: alter ex parte verba exhortatiōis suscipit: et ex parte recipere recusat: ita vt quotidie impleri videamus hoc q̄d per prophetā aliū dñs narrat que fecerit iratus cū dicit: **P**lui sup ciuitatē vnā: et super alterā non plui. Pars vna cōpluta est: et pars que cōpluta nō est exaruit. **A**mos. 3. **L**uz em̄ sancte exhortatiōnis verba alla mēs suscipit: alia suscipere recusat: sup vnā ciuitatē dñs pluit: et sup alterā nō pluit. **C**um vero et ip̄e q̄ p̄ctos audit ab alijs se vicijs corrigit: atq; ab alijs emēdare p̄cipit: vna eadēq; ciuitas et ex pte cōpluit et ex parte arida remāet in qua a se predicatiōis pluuiā repellit. **S**ūt et est quidā qui exhortatiōis verba om̄ino nō audiūt: bi penitus suscipere pluuiā nolunt. **E**t sunt quidā qui audiūt: sed tamen hāc medullitus nō sequūtur: qz alia in se vicia refecāt: sed in alijs grauitur p̄durant. **S**epe em̄ quosdā videmus q̄ per predicatiōis verbū a semetipsis auaricie estū repellūt: et non solū tam aliena nō recipiūt: sed p̄pzia indigentib⁹ largiunt: nec tamē ire stimulos edomāt: et paciētie moderamina per mētis tranquillitatē seruāt. **E**t sepe alij ad exhortatiōis verbū in semetipsis tanto carnis immūditiaz vincūt: corpus in castitate custodiūt: nec tamen adhuc animū sicut debent p̄ximis inclināt: sed per rigore superbie in cogitatiōe se eleuant. **I**n istis pars vna cōpluta est: quia fructū fecit: et pars que cōpluta non est aruit: quia exhortatiōis verbū nō plene suscipiens: a bono opere sterillis remāsit. **S**equitur.

**¶** Et assumpsit me spirit⁹ et au diui post me voce cōmōtionis magne benedicta gloriā domini de loco suo.]

**¶** Quid est hoc q̄d p̄pheta post q̄ ad trāsmigratiōem filioꝝ populi mutit: vocē post se magne cōmōtiōis audit dicentē: **B**enedicta gloria dñi de loco suo. **C**ōuersus quippe ad peccatores babylonie fuerat: et vocē glorie dñi de loco suo post tergus audiebat. **L**ocus est em̄ dei hierusalē: id est visio pacis. **Q**uia nimirū illa corda vidēt ea que dei sunt: que ad trāsmigratiōem babylonie: hoc est ad cōsultionis vicia nō descēdūt. **I**bi em̄ inhabitat deus: vbi vera pax querit: interne contemplatiōis gloria amat. **N**am qui ad peruersitatē de fluit: locus dei esse cōtempnit. **L**ocus ergo glorie dei est vel sancta queq; aia: vel vnusquisq; in celestib⁹ permanēs angeli eius spiritus et gloria dñi de loco suo benedicūt: cū vel ab electis hominibus: vel a sanctis angelis auctori oīm laus eterna cantat. **I**n eo ergo q̄d iusti de purtēdis peccatoribus cogitāt: quia eoz vicia cōsiderādo ad carnales actus oculū ducūt: quia si ad babyloniam intendūt: qui tamen pro statu sue recitudo: quia in laude dei boni sanctoz cōsiderare nunq̄ desinūt: quāuis per cogitatiōem aliud intendūt: quasi post se vocē glorie dñi ab hierusalē: id est de loco suo audiūt. **S**ed cur in istis imorramur: qui hec p̄phete verba largiēte domino per ascēsum alterū et subtilius intelligere: et aprius dicere valeam⁹. **S**it em̄. **E**t assumpsit me spūs. **P**redicatores spiritus assumpsit cū eius mentē in amorē dei omnipotentis eleuatā a terrenis iā desiderijs alienā reddit: vt nihil ei agere libeat nisi ea que quibus lucra spiritalia cōgregat cōgreget: et ad regna celestia q̄tidia nisi sui opis fructū portet. **A**nde et nobis p̄dicatores iubet. **O**peramini nō cibuz qui perit: sed q̄ permanet in vitā eternā. **I**obis. 6. **B**ene autem subdit. **E**t audiui post me vocē commōtiōis magne. **P**ars



pheta sancto spiritu repletus: quasi trans-  
acta narrat: que faciēda prouidit: quia et  
in predestinatōe iam facta sunt: que ad  
huc in ope sequitur. **Ande** et in trāslatio-  
ne veteri per esaiā dicit: **Qui** fecit que fu-  
tura sunt. **Quid** est ergo qđ post se pphe-  
ta vocē audiuit commotiōis magne: nisi  
qđ post sermōnē pdicatiōis qui fit ad cor-  
da peccantiū: lamenta penitentū sequūt.  
**Peruerſi** etenim quos dū praua agunt: et a  
iustis recta audiūt: nesciūt qđ sint graua  
que cōmittūt: atq; ex ipā sua ignorātia in  
suo stupore securi sunt: et iacentes in cul-  
pis: quasi molliter quiescūt. **Sicut** de qđ-  
dā peccatore et securo populo dicit: **Requē-**  
**uit** in fecibus suis. **Piere.** 48. quia secu-  
rus iacuit in peccatis. **Cū** vero audire p-  
uerſi verbū pdicatiōis ceperint: que sint  
supplicia eterna cognoscere: qui terror iu-  
dicii qđ subtilis examinatio de singulis qđ  
bisq; peccatis ilico cōtremiscūt: implent  
gemitib⁹: et nō se capiētibus suspirijs an-  
xiant: atq; magno pauore pcussi: in luctu  
et fletibus erumpūt. **Prophetā** ergo vox  
magne cōmotiōis sequit. **Quia** post ver-  
bū pdicatiōis cōuersorū atq; penitentū  
luctus audiunt: qui em̄ prius quieti face-  
bāt in vulnere: tacti postmodū manu me-  
dicinē: cū dolore redēūt ad salutem. **De**  
hac cōmotiōe penitentū per ppbetā ali-  
um dicit: **Pedes** eius steterūt et mota est  
terra. **Zach.** 14. **Quia** cū veritatis vesti-  
gia in mēte audientū signent: ipā mens in  
sui cōsideratiōe turbata cōmouet. **Hinc**  
psalmista p peccatoribus exorat dicens:  
**Qui** sedes sup cherubin moueat terra.  
**ps.** 79. **Hinc** p afflictis et p penitētibus  
deprecās ait: **Cōmouisti** terrā et cōturba-  
sti eam sana piritiōe eius: quia mota est  
**ps.** 69. **Terra** quippe cōmota et turbata  
est: peccator de cognitiōe reātus sui anti-  
us ad penitētie lamētā perductus. **Pec-**  
**canti** etenim homini dicitur est: terra es et in  
terrā ibis. **Hei.** 3. **Exoret** ergo vt sanetur  
cōtritiō terre: quia mota est quaten⁹ pec-  
cator qui de culpis suis affligit: de cele-  
stis misericordie gaudiō cōlolet. **Hec** est

itaq; vox cōmotiōis magne: quādo vnus  
quisq; sua acta dijudicās: in afflictiōe pe-  
nitentie perturbat. **Sed** quid vox ipā dis-  
cat: audiamus.

**Benedicta gloria domini de  
loco suo.]**

**Locus** em̄ maligni spūs fuerant corda  
peccantiū: sed cū sibi et ipis irati per pe-  
nitentiā redeūt ad vitā glorie: dñi locus  
fiūt. **Iam** em̄ se contra se erigūt: iam peni-  
tētie lachrymis insequūt mala que cōmi-  
serūt. **Inde** ergo audif benedictio glorie  
in laude dei: vnde prius sonabat creatō-  
ris iniuria de amore p̄sentis seculi. **Et** cor-  
da penitentū fiūt iā dño locus suus: que  
prius in peccatis suis posita: fuerāt locus  
alienus. **Ipi** autē quia peccatis suis a do-  
mīno cōuertunt: non solū velent lachry-  
mis peruerſa que fecerūt: sed etiā miris  
opibus ad alta p̄ficiūt: vt sancta anialia  
dei omnipotētis fiāt: vt signis et virtutib⁹ ad  
alta euolēt: vt terrā fundit⁹ deserant: et ac-  
cepto dono sese ad celestia p̄ desiderii sus-  
spendāt. **De** quibus adhuc subdit.

**Et vocem alarū animalū per-  
cutientū alterū ad alterū.]**

**Audiuit** post se ppba vocē cōmotiōis ma-  
gne: qz sicut dictū est: verbū pdicantiū lu-  
ctus penitentū sequit. **Audit** post se vo-  
cem alarū animalū: quia ex ipō luctu pe-  
nitentiū oriunt virtutes sanctorū: vt tāto  
magis in sancta actiōe p̄ficiant: quāto se  
ad cognitiōnē vite nequiter egisse memi-  
rūt. **Sed** est in his verbis magna dubita-  
tio: quia nō aperte per ppbetā dicit: vtrū  
vnūquodq; anial alas suas in semetipis  
percutiat: an certe hec eadē sancta ania-  
lia alis suis se vicissim feriāt: vt ala hui⁹  
alterū: et ala alterius istud anial tangat.  
**Sed** quia plerūq; in sacro eloq; ideo ali-  
quid obscure dicit: vt dispēfante mirabiliter  
deo: multipliciter exponat. **Hos** cha-  
ritati vīe vtrāq; exponere largiēte com-  
mo debemus. **Sepe** iam alas anialū vir-  
tutes diximus esse sanctorū: quomō ergo  
vnūquodq; anial alas suas excutit alte



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ram percutit: nisi quod aperte dat intelligi: quia si sancta animalia efficiuntur virtus in nobis virtutem excitat: dum vna altera ad perfectionem pullat. Ecce etiam quis habet (sicut verbi dei scientia: discat ut viscera etiam misericordie habeat. Per scientiam quippe verbi dei discit. Date elemosynas: et ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Cuius tam esse misericors in elemosynis ceperit: verba sancte aucto-ritatis legit: et quicquid in eis de misericordia dicitur: uberius per experimentum intelligit. Ibi enim scriptum est. Pater eram pauperum. Job. 29. Quod fortasse antea legebat et peribat. Sed cum in eius corde iam misericordia ceperit invari natura: quod est patrem esse pauperum: legit et recognoscit: quia introitus rediens in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namque est elemosynam ex precepto facere: atque aliud ex charitate. Ex precepto enim facere bonum inchoantium est: ex charitate autem bonum perfectorum: qui non solum que iubent faciunt: sed etiam diligunt faciendo quod iubentur. Hinc est etiam quod in magna virtute per palmistam dicitur. Vide quia mandata tua dilexi domine: in tua misericordia viuifica me. ps. 118. Mandata etiam dei pro inuolone facere seruientis et obedientis est: diligendo hec facere obediens et amans. Quia ergo et per scientiam charitas misericordie discit: et per charitatem misericordie in corde copuncto scientia multiplicat. Mala in nobis aliam percutit: quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit: contra luxuriantes zelo accendit: ut ab immundicie maculis expient. Et sepe dum quosdam in lapsibus inuenit: edomat: affligit: atque ad castitatis mundiciam restringit: cuius si forte mens de immundicia luxurie fuerit temptata: ex ipso zelo quo alios correxit: semetipsum conuenit et erubescit immunda cogitare: que se malis recollit correxisse. In hoc ergo aliam aliam percutit: dum virtus virtutem pullat: et ab immundicia custodit. Si vero ut presatis sumus vicissim se alio suo animalia se-

risit: et alter ad alteram aliam percutit singulorum: huius quoque descriptionis largiente domino sensus patet. Quid est ergo quod hec pennata animalia vicissim alias altera ad alteram ferunt: nisi quod omnes sancti se invicem suis virtutibus tangunt: et sese ad profectum excitant ex consideratione virtutis alienae? Non enim vni dant omnia: ne in superbia elatus cadat? Sed huic dat quod tibi non dat: et tibi dat quod illi denegat: ut dum iste considerat bonum quod habet: et ipse non habet: te sibi in cogitatione preferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse non habet: te illi in tua cogitatione postponas et fiat quod scriptum est. Superiores si biniuicem arbitrantes. Philip. 2. Et enim pauca ex multis loquar: uti mire abstinentie virtus tribuit: et tamen verbum scientie non habet. Illi autem datur verbum scientie: et tamen virtute perfecte abstinentie apprehendere conatur non valet. Huic libertas vocis tribuit: ut oppressis quibusque pietatis solatia impendens: ad defensionem iusticie libere loquatur: sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidens relinquere omnia vult et non valet. Illi vero iam datum est omnia terrena relinquere ut nihil in hoc mundo cupiat habere: sed tamen adhuc auctoritate vocis contra peccates quosque non presumit exercere. Et qui ideo plus loquitur libere debuit: quia iam non habet unde in hoc mundo teneat: loqui contra alios libere recusat: ne ipsam vite sue quietem perdat. Isti virtus prophetie data est: multa iam que ventura sunt preuidet: sed tamen presentis proximi egritudine conspicies: atque compatiens non valet curare. Illi data est curatio gratia: atque a corpore proximi molestiam que in presenti est orationibus repellit: sed tamen quid seipsum paulo post sequatur ignorat. Mira itaque dispensatione omnipotens deus sic in electis suis sua dona dispensat: ut et isti det quod illi denegat: et alteri maius quod alteri minus tribuat: quatenus dum vel iste habere illum conspicit quod ipse non habet: vel ille hunc maius accepisse considerat quod sibi minus adesse pensat: et



na dei alter in altero: id est vicissim omnes ammirant: atque ex hac ipsa ammiratioe humillie alter alteri: et que videt habere quod non habet: eius vicinio iudicio sibi prelatum putet. Aliis ergo suis vicissim se antialia ferunt: cum sancte metes alternis se virtutibus tangunt: et tangendo excitant: atque excitata ad profectum volant. Videamus paulum quomodo apostolorum aliis tactus: atque ad penitentiam excitatus fuerat: qui mala perire persecutiois sue et apostolorum innocentem vitam considerans dicebat. Ego enim sum minimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei. 1. Corinth. 15. Consideravit quippe apostolorum innocentiam: et propter peccata dicitur malicia vilis in eis: oculis facta est omnis que exhibebat in ecclesia sollicitudo sua. Et quod multos ex accepto intellectu prederet non attendit: quia illorum innocentiam persanas persecutoris aliquando fuisse se voluit. Sed videamus si quis ex apostolis eius qui paulo datus est intellectum miratur. Ipse nobis apostolorum primus requirendus est: qui discipulus ammonens ait: Sicut et charissimus frater noster paulus secundum veritatem sibi sapientiam scripsit vobis. 2. Petri. 3. Sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu que indocti et instabiles depravat. Miratur itaque in apostolis omnibus paulus innocentiam: miratur apostolorum primus in paulo sapientiam. Aliis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad profectum excitant unde volant. Hoc itaque omnipotens deus agit in cordibus hominum: quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque unicuique regionum fructus omnes tribuere: sed si vnaquolibet regio alteri regionis fructibus non indigeret: comunione cum altera non habuisset. Unde sit ut hinc vini: alij vero olei abundantiam tribuere hanc multitudinem peccatorum: illam vero ubertate abundare faciat frugum: ut cum illa defert quod ista non habet: et ista reddit quod illa non detulit: per comunione gratie sibi simul etiam diuise terre consue sint. Sicut ergo terrarum:

ita sunt mentes sanctorum. Que ubi vicissim sibi conferunt quod acceperunt: quasi fructus suos regiones regionibus impendunt: ut in vna omnes charitate iungant. Sed inter hec sciendum est: quia sicut electi quilibet hoc semper in alijs attendunt: quod a deo melius acceperunt quam ipsi ut eos sibi in cogitatione preferant: sed quibus illis in humilitate subternant: ita reproborum mens nunquam considerat quid alter boni amplius quam alter alius ipse habeat. Neque enim pensant que bona spiritus alter acceperit et ipsi desint: sed que bona ipsi et que mala adsint alteri. Et cum omnipotens deus ad hoc virtutes singulis diuidat: ut alterum alteri in cognitione alius cogitatione humillet: ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt: ut ex eo in elatione perdant: dum semper considerant bona que ipsi habent: et alij non habent: et nunquam perpendere studet quanta bona alij habent: et ipsi non habent. Quod ergo diuina pietas in augmentum disponit humilitatis: hoc metes reprobe in augmentum vertit elationis: et ex diuersitate munerum a bono deficit: unde crescere in humilitatis bono debuerunt. Propter hoc ergo necesse est fratres charissimi: ut in vobis hoc semper debeatis aspicere quod minus habetis: in proximis vero hoc quod vobis amplius acceperunt: quatenus dum super vosmetipsos eos pro bono quod ipsi habent et vos non habetis aspicitis: ad hoc quoque obtinendum etiam vos ex humilitate crescat. Si enim et vos in illis accepta bona perdidistis: et illi in vobis considerant bona que habetis: vicissim vos alij tangunt: ut excitati semper ad celestia voleatis. Sequitur **Et vocem rotarum sequentium aialia et voce comotiois magne.** In rotis sacri eloquii testamenta signari superius diximus. Vox igitur rotarum: est sermo testamentorum. Post vocem itaque aliarum animalium audit etiam vox rotarum: quia predicantium sermone suscepto: dum virtutes sanctorum ad altiora agenda euolant: sed vicissim ad profectum pulsant: sancte ecclesie status erigitur: ut per vultus



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

nersum mundū sacrorū testamētōz pagī  
ne legant. **V**biq; etēn iam sanctū euāge  
liū: vbiq; apōstolorū dicta: vbiq; lex ⁊ p  
pheta resonāt. **P**ost alarū ergo vocē vox  
rotarū sequit̄ quia post sanctorū miracula  
verba sacri eloquiū intra sanctā ecclesiā li  
beret licēter audiunt. **Q**ue rote aīalia se  
quūtur: quia sicut superius dictū est: post  
q̄ in honorē venit vita sanctorū: vneran  
da quoq; apparuerūt hoībus eloquia tes  
tamentōz. **N**el certe rote aīalia sequūt  
tur: quia in sanctorū patrū vita cognosci  
mus: quid in sacre scripture volumine in  
telligere debeam. **I**llōz quippe nobis  
actio aperit hoc qd̄ in suis p̄dicatiōibus  
pagina testamētōz dicit. **S**ed querendū  
nobis est cur postq̄ superi⁹ dictū est. **A**  
udiui post me vocē cōmōtiōis magne post  
vocē quoq; alarū atq; rotarū subdit. **E**t  
vocē commōtiōis magne. **Q**uod si vilis  
genter aspiciat: inueniri potest: qz nō ocio  
se repetit. **D**ue quippe sunt commōtiōes  
magne: quib⁹ corda nostra commouent.  
**A**na quippe cōmōtiō ex timore est: alte  
ra ex caritate. **A**na fit ex luctu penitentiū  
Alia ex feruore amantiū. **P**ost predica  
tiōis ergo verbū prima cōmōtiō est: cum  
plangimus mala que fecimus. **P**ost vo  
cem vero alarū ⁊ rotarū secunda cōmōtiō  
est: dū magnis fletibus querim⁹ celestia  
bona que audimus. **E**cce em̄ quia intra  
sanctā ecclesiā de multis patrib⁹ virtutū  
exempla cognoscim⁹: quasi alarū sonitū  
**E**t tu fili hominis: ecce d̄ ata sunt super te vincula: et ligabūt te in eis: et nō egredieris in medio eoz: et linguam tuā ad herere faciam palato tuo: et eris mutus: et quasi vir obiurgās: quia domus exasperans est.]



Que videlicet verba si per typice expositionis ordinē sequimur: ppheta in domo sua vincula suscipit & ligat: quia in extremis cum iudea crediderit grauissimas antitipi tempe persecutiōes sentit: ita vt predicatōes eius ministri iniquitatis nō recipiāt: sed resistendo has vinculis doloꝝ premāt: & in medio eoz nō egredit: quia ad corda prauoz predicatio nō peruenit: dum lingua bonoz ligata tribulatiōibus tacet. Erūt etenim tunc multi ex iudeis infidelibus qui eosdē ipos qui ex iudeis crederūt persecutur. **Ande** notandū est qđ hic quoq; dicit: quia in domo sua ppheta vincula sustineat: vt videlicet designet: qm̄ ex ipso suo genere iudea cū fidel fuerit: tribulatiōē persecutiōis portet.

**Dum** enī vnigenitus summi patris incarnatus ac mortuus resurrexisset vsq; ad celos ascēdisse nō credit: sicut per sacre scripture paginas predicat: nimirū apud eos ppheta ligata erit: que si ita vt dicta est in eoz intellectū decurreret: quasi gressus liberos sue pdicatiōis habuisset. **Reprobis** ergo tūc pdicator scientia tacere compelliē. **Ande** & his subdit. **Et** linguam tuā adherescere faciā palato tuo & eris mutus: nec quasi vir obliturgans qđ domus exasperas est. **Sed** quia enoch & helya pdicantē multi ex his qui tūc ex iudeis in infidelitate remanserūt ad cognitioē veritatis redeūt: sicut de eodē helya dicit: **Helyas** veniet & ipse restituet omnia. **Matth. 17.** qui vtriq; per **Zachariā** due oliue: & per **Iohannē** duo candelabꝝ nominant. **Zach. 4.** **Apocal. 11.** **Recte** hic quoq; subiungit.

**¶ Cum** autē locutus fuero tibi aperiam os tuū: & dices ad eos: **Hec** dicit dominus deus.]

**¶ Tunc** enī velut in extremo os pphete aperit cum in predicatiōe enoch & helya iudeis ad fidē redentibus ppheta sacri eloquii de xp̄o fuisse cognoscit. **Sed** quia hec typice diximus: nūc verba eadē charitati vestre moraliter differam. **Quid** est

enī qđ exire ppheta ad campū subest: nisi qđ vnusquisq; qui pdicat ppter eos quos extra se posuit corrigat: atq; ab iniquitate cōpescit: loquēdo ad campū exit: ibiq; gloriā videt. **Quia** tāto largius doctrine gratiā percipit: quāto se i labore pdicatio nis ex amore primoz tendit. **Foras** ergo exeūdo in altrū visione ducit: quia vnde in alienis cordibus ignoratiē cecit atē ministerio sue locutiōis illuminat: inde eū superna gratia in aliozi intelligētia ex altat. **Sed** quia semp pdicator debet ad mentē recurrere: humilitatē atq; mundiciā intrinsecus custodire: post campū necesse est vt ad domū redeat: quatenus in his que dicit qualis etiā ipse sit intra conscientiā cognoscat. **Si** enī aut hoc qđ loquitur minime custodit: aut his que loquitur temporalē gloriā requirit: loquēdo quis dē ad campū exit: sed nō cogitādo semetipm̄ ad domū redire cōtempnit. **Accepto** enī spiritu in medio domus includimur: quādo per eius gratiā ad discutiendā mētis nostre secreta reuocamur: vt apud semetipm̄ in deo anim⁹ quiescat: nō iā per exteriores cōcupiscētiās in appetitū laudis & glorie cogitatiōis mobilitate discurrat. **De** hac domo cordis cuidā sanato p semetipam veritas dicit: **Tolle** grabatū tuū & vade in domū tuā. **Joh. 5. et Matth. 2.** **Per** grabatū quippe in quo carnis est requies: ipa caro signat. **Per** domū vero conscientia figurat. **Et** quia cū mente mortui in vicijs iacem⁹: in carnis delectatione quiescim⁹: infirmi portamur in lecto. **Cū** vero sanati fuerim⁹ mente: vt iā pulsantibus carnis vicijs resistam⁹: necesse est vt & temptationū contumelias de nra carne tolerem⁹. **Egro** itaq; ad salutē reducto precipit. **Tolle** grabatū tuū: id est porta lectū in quo portat⁹ es: quia necesse est vt sanatus quisq; portat cōtumeliā carnis in q̄ prius tacebat egrotus. **Quid** est ergo dicere: **Tolle** grabatū tuū & vade in domū tuā: nisi porta temptiōes carnis in quibus hactenus iacuisi: ac reuertere ad conscientiā tuā vt videas que fecisti.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Propheeta igitur post campū in domū in  
iudi precipit: vt predicator semper post  
gratiā doctrine quā primis ministrat ad  
conscientiā redeat: seq; ipm subtili exami  
natiōe discutiat: ne de his que foris pre  
dicat: aliquid ipse apud se intrinsecus trā  
sitorie laudis querat. **¶** Unde per salomonē  
dicit: Bibe aquā de cisterna tua: et fluen  
ta putei tui: diriuēt fontes tui foras: et in  
plateis aquas diuide: habeto eas solus:  
nec sint alieni participes tui. **¶** Prover. 5.  
**¶** Valde autē cōtraria vident esse que dicit  
Diriuentur fontes tui foras: et in plateis  
aquas diuide: cū protinus adiūgit. Habe  
to eas solus: nec sint alieni participes tui.  
**¶** Quomō enim aquā scientie solus habes  
re poterit: si hāc in plateis diuidit? Quo  
modo alieni aque eius participes nō sunt  
si fontes illius foras deriuant? Sed cum  
p̄dicamus populis: in plateis nimis aq̄s  
diuidimus: quia in auditōz multitudinē  
sciētie dilatamus. Cū vero nos adiuuāte  
diuina gr̄a intrinsecus custodim: et ne ma  
ligni spūs qui iure a nobis alieni sunt: qz  
sortē beatitudinis perdidērūt: nobis in elā  
tione subripiāt: sollicitudine cauta circū  
spiciamus: soli habem⁹ aquas quas in pla  
teis diuidim: vt nobis in eis alieni parti  
cipes nō sint. Hi nimis de quib⁹ scriptū  
est. Alieni insurrexerūt in me: et fortes que  
sierūt animā meā. ps. 53. **¶** Aquas ergo et  
in plateis diuidit et solus habet: qui per  
hoc qd multis predicat se in cogitatōe tē  
poralis glorie nō exultat. Tunc em̄ possi  
det homo qd docet: quando se nō gaudet  
ānotescere: sed p̄desse. Ex campo ergo ad  
domū p̄pheta reducit: vt is qui ex deo lo  
quit: postq̄ pro utilitate primoz loquē  
do foras exierit: ex humilitate semp ad vi  
scentiēda cordis sui secreta reuocet. **¶** An  
de et subditur.

**¶** Et tu fili hoīs: ecce data sunt  
sup te vincula et ligabūt te in eis  
et non egredieris in medio eoz.  
Cum em̄ predicator quisq; ad cōscientiā  
domini sue reducit: super eū vincula dan

tur: et ligat in eis quia quāto plus se in ed  
gitatōe discusserit: tāto amplius agnoscat  
susti anima quāris mortalitatis sue infir  
mitatib⁹ sit ligata. Nisi em̄ se ligatū sp̄s  
ceret paulus minime dixisset. **¶** Desideriū  
habēs dissolui et cum xp̄o esse. **¶** Philip. 1.  
**¶** Hinc et per psalmistā dicit: Et audiret ge  
mitū vincularoz: et soluat filios interem  
ptoz. ps. 101. **¶** Et rursus. Intret in cōspe  
ctu tuo gemitus cōpeditoz. ps. 66. **¶** Se  
pe autē cum iam anima ad redēptoris fut  
speciē cōtemplandā exire desiderat: cū ce  
lestib⁹ gaudijs interesse suspirat: ipa mor  
talitatis suis sue vincula cōspicit et gemit  
quibus adhuc in p̄senti mūdo ligata reti  
nēt. Hinc est em̄ qd subtile omnipotentis  
dei iudiciū intus Hieremias ait: Circū  
edificauit aduersus me: vt nō egrediar ag  
grauauit compedē meā. **¶** Creū. 3. **¶** Habes  
mus em̄ compedes ipam infirmitatē atq;  
corruptionē mortalitatis nostre: sed cū tri  
bulario nobis et gemitus addit ipse nostre  
cōpedes aggrauant. **¶** Et quidē quādiu in  
hac vita iustus moras patit loquēdo bo  
na: p̄desse alijs festinat: sed cū duras mē  
tes cōspicit easq; cōsiderat contentiōibus  
occupari: prediciōis verbū retinet: et in  
medio eoz nō egrediet: quia a bonis que  
loqui poterat obmutescit. Sic per paulū  
dicit: Nihil per contentiōē. **¶** Philip. 2.  
**¶** Et rursus. Si quis vult cōtentiosus esse  
nos talē cōsuetudinē nō habemus. 1. Co  
rinth. 11. **¶** Unde hic qz apte subiungit.

**¶** Et lingā tuam ad adherere faci  
am palato tuo et eris mutus: nec  
quasi vir obiurgans: quia dom⁹  
exasperans est. ]

**¶** Aliquādo vero etiā cōtra resistentiū lin  
guas predicantiū corda zelo sui dñs accē  
dit ne taceāt: sed dicta fallaciū verbis ve  
ritatis premāt. **¶** Unde hic subdit.

**¶** Cum autē locutus fuero tibi  
aperi os tuū et dices ad eos: **¶** Hec  
dicit dominus deus. ]

**¶** Sed hec que breuiter sub duplici Intel



lectu discussimus placet ut iuxta considerā  
tionē littere leniter tangēdo transcamus  
Quid enim amplius nobis per ipsa verba  
hystorie q̄ virtus obediētie cōmendat.  
Cum modo ad transmigrationē iuxta flu  
viū chobar pergere: modo in campū egre  
di: modo ex campo ad domū redire. p̄p̄be  
te p̄cipit ut prius ex iussioe pergēs: et pau  
lo post exiens: atq; iterū domū rediēs et se  
metipm̄ recludēs semper sue voluntatis ar  
bitriū ad diuinū eloquiū p̄ceptū frangat  
quāsi i celesti iussioe suspensus: nō suā sed  
p̄ditōis sui voluntatē impleat. Cui dicit.

**Et tu fili hoīs: ecce data sunt  
sup te vincula: et ligabūt te in eis  
et nō egredieris in medio eorū.]**

**Q**ua in re notandū est qd̄ aduersa pro  
pheta p̄noscit: ut cōtra omnia pareat: min⁹  
enī mala cōtra mentē p̄ualēt: que inopi  
nata nō veniūt: et tamen dū cōtraria p̄e  
noscent: quāta sit in eo obediētie virtus  
ostendit: qui et cognoscit qd̄ aduersa pas  
surus est: et tamen voci dñice inobediens  
non est. Magna autē consideratiōe indi  
gent verba que p̄tinus addunt.

**Et linguā tuā adherere fa  
ciā palato tuo et eris mutus: nec  
quasi vir obiurgās: quia dom⁹  
exasperans est.]**

**D**iscernendū nobis quippe est: virum  
pro solis malis auditoribus: an aliquā  
do etiā pro vicio predicatiōis sermo sub  
trahit: Quattuor enī qualitātib⁹ res hec  
cōsiderata distinguit. Nam aliquādo p̄  
pter malos auditores bonis tollit sermo  
doctoribus. Aliquādo vero p̄pter bonos  
auditores dat sermo doctoribus et malis.  
Aliquādo autē p̄pter docentiū atq; audi  
entiū iustificatiōe bonis doctorib⁹ dat:  
ut et ipsi per meritū crescāt: et auditores eo  
rū intellectu et vita p̄ficiāt. Aliquādo ve  
ro quia neq; hi digni sūt accipere quibus  
doctrinae verbū p̄ferret: neq; illi doctrinae  
verbū p̄ferre qui locū docēdi tenent p̄di  
candiōis sermo tollit: ut vtraq; pars distri

cte iudicet. Propter malos nāq; audito  
res bonis sermo doctorib⁹ tollit sicut nūc  
ad ezechiel dicit: **Linguā tuā adheresces  
re faciā palato tuo et eris mutus: nec qua  
si vir obiurgās: quia dom⁹ exasperans est.**  
**Et sicut paulo dicit: Festina et exi veloci  
ter ex hierusalē: quoniam nō recipient testi  
moniū tuū de me.** Et sicut volētibus apo  
stolis p̄dicare in asia scriptū est. **Quia p̄  
hibuit eos spūs iesu.** Act. 16. Propter  
bonos auditores etiā malis doctoribus  
sermo dat: sicut de phariseis dñs dicit:  
**Omnia quecumq; dixerint vobis seruatz  
facite: scdm̄ opera vero eorū nolite facere**  
**dicit enī et non faciūt.** Mat. 23. Prope  
docentiū quoq; meritū et audientiū iustifi  
cantiōe sermo doctrine tribuit sicut sans  
ctis aplis dicit. **Euntes docete omnes gen  
tes.** Mar. 16. Propter malos vero audi  
tores et indignā vitam eorū: qui docere de  
buerāt sermo doctrine subtrahit. Sicut  
hely ad corrigēdos filios suos: districe  
inreparatiōis verbū nō habuit: quia et ei⁹  
negligētia et filiorū exagebat vita: ut cum  
eis et populus caderet: et archa dñi capta  
ad aliophilos trāsiret. 1. Reg. 2. 3. et. 4.  
Magnā enī omnipotentis dei est gratia cū  
iniquē agētibus durus a doctorib⁹ sermo  
inreparatiōis p̄feret. Quo cōtra nūc dicit  
**Et eris mutus nec quasi vir obiurgās. Pe  
linquentes etenim obiurgasset: si digni ipsa  
obiurgatiōis grā fuissent.** Sed cū in do  
ctrina atq; silentio sit meritū tāta diuer  
sitas: ut sciri facile nō possit: utrū ex audi  
toris: an ex eius vicio qui doctrine locū  
videt tenere docēdi sermo subtrahat: qd̄  
aliud nobis q̄ seruare ip̄ in rebus dubijs  
hūilitas iubet ut et qñ loqui possumus nō  
extollamur: ne fortasse hec ipsa locutiōis  
nre gratia nō nobis sed auditoribus nō  
stris collata sit. Et rursus quando loqui  
non possumus: hi qui nobis cōmissi sunt  
minime nos iudicēt: ne fortasse non ex  
nostro sed ex peccato audientiū loqui mi  
nime possumus. Adhuc ergo nobis cura  
cta de meritis nostris incerta sūt: ut vnā  
certam gratiā teneamus humilitatē qua



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ten? et nos cui loquimur ex omnipotentis dei dono hoc esse nostrum meritum putemus: et quando a locutione doctrine obmutescimus: quavis nostra culpa sit: vos tamen hanc esse vestram specialiter credatis: ut dum vicissim mala nobis tribuimus et bona alijs: per ipsam humilitatis gratiam fiat: ut doctrine sermo qui ablatum fuerat redeat. **Sequitur.**

**Cum autem locutus fuero tibi apertis os tuum et loqueris ad eos. Hec dicit dominus deus: qui audit audiat: et qui quiescit quiescat: quia domus exasperans est.]**

**S**epe quidam verbum dei audire desiderant sed dum alios conspiciunt aut querere etiam ipsi a salutis auditu deviant. Et plerumque multi quiescere appetunt: atque cunctis mundi huius actibus vacare nullis iam desideris terrenis succubere: sed dum videt alios in quiete agendo proficere: atque in hoc mundo divitijs et honoribus extollunt: quia necdum in via rectitudinis firmi sunt: ad pravam operam ex aliorum exemplo dilabuntur. Hinc est enim quod in typo infirmantium psalmista loquens dicebat. Dei autem pene moti sunt pedes mei pene effusi sunt gressus mei: quia zelatus sum in peccatoribus pacem peccatorum videns. ps. 72. Hinc iterum dicit: Dominus superbit impius incendit pauper. ps. 9. Hinc ad hieremiam prophetam voce domus de iudea et israel dicit: Nunquid vidisti que fecerit adversatrix abiecit semetipsam super omnem montem excelsum et super omnem lignum frondosum et fornicata est tibi et dum cum fecisset hec omnia ad me convertere et non est reuersa. Hierem. 4. Ubi statim subdit qualiter ex emulacione eius iudea cecidit que stare videbatur. **Et vidit per uaricatrix foror eius iuda pro eo quod mechazta esset adversatrix israel dimississe eam et dedissem ei libellum repudij: et non tunc per uaricatrix iuda foror eius: sed abiit et fornicata est etiam ipsa. Ecce misericors deus contempnitur et vocat: aduersantibus se sibi misericordie aperit: quis peccati dicit**

**Ad me convertere et tamen non est conuersa. Sed quia omnipotentem deum plebs israelitica deseruit: reuertit non debet libellum repudij accepit. Persevit videlicet peccator: sed libellum repudij accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanendo. Anima enim que peccat recedit: sed si eam post peccatum prosperitas sequitur: nulla disciplina: nulla districtiois increpatio reuocat: ad eam in diuisione quam inter se et deum fecit. Etiam libellum repudij accipit: ut iam velut aliena derelicta faciat mala que vult zelus dei flagella non sentiat: quatenus ad eterna supplicia profundius descendat. Sed foror eius iuda quoniam dimissam israeliticam plebem in suis voluptatibus vidit: ipsa quoque in immundicia fornicationis exarsit. Quia enim aspexit adulteram in sua peruersitate flores: etiam ipsa non timuit deterius peccare: atque a coniunctione domini quasi a viri legitimi cubili recedere. Non necesse est ut peccatores quosque tunc considerem: amplius misericors: quanto eos conspiciamus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc enim per salomonem dicit: Quersio paruulorum interficit eos: et prosperitas stultorum perdit illos. Pro uerb. 1. Qui enim a deo auertit et prosperat tanto perditioni fit proximus: quanto a zelo discipline inuenit alienum. Dicit ergo.**

**Qui audit audiat: et qui quiescit quiescat: quia domus exasperans est.]**

**Ac si aperte diceret: Vos qui iam et verba veritatis audire et a prava cepistis actione quiescere: nolite illos imitari quorum me exasperari moribus videtis. Quod tamen et intelligere aliter possumus. Quidam enim verbum audiens non audiunt: quoniam aure ad sacrum eloquium ponitur: sed cor a mundi desiderijs non euellit. Et sunt nonnulli qui sanctes minime quiescunt: quia a pravis quidem actibus ociofi sunt corpore: sed peruersitate operum ex delectatione versant in mente. Hinc est enim quod de iudea ad captiuitatem peruenientem scriptum est. Ciderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Treno. 1.**



hostes quippe sabbata derident: quādo maligni spiritus ocioso mēti prauas cogitationes iniiciūt: vt si quiescit ab ope: nō quiescat a maloz operū delectatiōe. **Res**cte ḡ nūc dicit: Qui audit audiatur: quate nus sic fiat sermo in aure corporis: vt sonet in aure cordis. Et qui quiescit quiescat. Et prauitatis desideria repellant a cogitatiōe: cū iam repulsa vident ab opere. **Abi** ne maloz sicut diximus exempla sequamur: adiungit. Quia domus exasperans est. **Mali** autē et si diu tolerant subitō corruūt: et eoz penas infirmi cōspiciūt. ne quoz culpas impunitas existimāt imitent. **Unde** hic quoq; eiusdē iudee desolatio subiungit: q; domus exasperas vocat: cū p̄tinus pphete suo dñs dicit.

**Et tu fili hominis sume tibi laterē et pones eū coram te: et describes ciuitatē hierusalē: et ordinaris aduersus eam obsidionē et edificabis munitiōes et cōportabis aggerē: et dabis contra eā castra: et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferream et pone eam murū ferreū inter te et ciuitatē: et obfirmabis faciem tuam ad eam: et erit in obsidionē: et circūdabis eam signū est domus israhel.]**

**In** quibus videlicet verbis quid aliud iuxta hystoriā: nisi hierosolyme urbis obsessio atq; destructio designat: et peccatoris populi afflictio exprimit: qui domus exasperans vocat: cum aperte dicitur: **Per**dinabis aduersus eam obsidionē: et edificabis munitiōes et cōportabis aggerē: et dabis cōtra eam castra: et pones arietes in gyro. **Sed** quia verba pphete sic plerūq; narrant hystoriā: vt per hāc etiā mystica describātur: oportet vt hec eadē dicta que p̄tinus hystorialiter: etiā spiritaliter disseramus: maxime quia in eis in

terponit quod teneri posse ad litterā non videt cum dicit. **Et tu sume tibi sartaginē ferreā: et pones eam murū ferreū inter te et ciuitatē: et obfirmabis faciem tuā ad eā et erit in obsidionē.** **Al**li est rebus hystoricis mystica mysceant: quid sartago ferrea necessaria pphete fuit: vt hanc inter se et ciuitatē poneret: quatenus se ab eius obsidione separaret. **Cum** enī dicit: **Sume tibi sartaginē ferreā: et pones eā murū ferreū inter te et ciuitatē: aperte declarat:** quia per eandē sartaginē ferreā ab obsidione ciuitatis ppheta se liberū redat. **Unde** et quod dixit subiungit. **Obfirmabis faciem tuā ad eam: et erit in obsidionē.** **Ex** qua re ostendit: q; ppheta in eadē obsidione nō erit si sartaginē ferreā in se et ciuitatē murū ferreū ponit. **Et** certe siuc in ea captiuitate que prius: siue in ea que postmodū israelitico populo cōtingit nullus ab eiusdē captiuitatis periculo liber fuit: sed omnes simul par calamitas inuoluit. **Quid** ergo intelligi iuxta litteram potest: vt ppheta inter se et ciuitatē que obsidenda est sartaginē ferreā ponat. **Sed** quāuis omne hoc qd in descriptiōe lateris ob signū als sub signo hierosolymoz ciuitatis legit iuxta litterā factū sit. **Obis** tamen sciendū est: quia typicū ali quid per sartaginē figurat: sed et obsessio hierosolymoz vera describit. **Ex** qua re instrumur: vt dū aliud cōpletū iuxta hystoriā scimus: et aliud iuxta allegoriā a ratio ne vacare cognoscimur: i sacro verbo vtraq; teneamus: q̄tis et obsessionē hierosolymoz que iuxta l̄az postmodū facta est: in pphete verbis et factis credam⁹ esse figuratā: et tū p̄ eādē obsidionē obsidio alia: id est interior designat. **In** qua ture querimus quid per sartaginē ferreā que murus ferreus dicit valeat designari. **Illā** itaq; obsidionē qua hierosolymoz ciuitas destructa est iam factā nouimus: sed nūc aliā in trinfecus que quotidie agit requiram⁹. **De** qua per significatiōē dicit.

**Et tu fili hominis sume tibi**



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

laterē ⁊ pones eū coram te ⁊ de-  
scribes in eo ciuitatē hierusalē.

**S**ed ante nobis inquirendū est: cur eze-  
chiel ppheta vel quotiēs sublimia cōspi-  
cit: vel quotiēs aliqua agere mystica lu-  
beſ: prius filius hominis appellat. **S**epe  
em̄ subleuat ad celestia: ⁊ oculis atq;  
inuisibilibus rebus eius mēs pascit. **N**e-  
cesse ergo est vt iter occulta que penetrat  
filius hominis vocet: vt semper agnoscat  
q̄d est: ⁊ nunq̄ extollat de his ad que du-  
cit. **Q**uid est em̄ pphete ad spiritalia sub-  
leuatū semp̄ fili hominis dicere: nisi eū in-  
firmitatis pprie memorē facere: vt cōsci-  
us cōditionis infirmi eleuari in cogitatio-  
ne nō debeat de magnitudine cōtempla-  
tiōis sue. **Q**uia vero idē propheta vt su-  
pra iā diximus typū predicantiū vel do-  
ctor tenet. **R**ecte ei nūc dicit.

**[Sume tibi laterē ⁊ pone euz  
coram te.]**

**O**mnis etenim doctor cū terrenū quē pl-  
am auditor ad celestis verbi doctrinā su-  
scipit laterē assumit. **C**ui dū loqui ceperit  
que sit retributio celestis patrie: que visio  
pacis superne: ciuitatē hierusalē describit  
in latere quē corā se ponit. **Q**uia intenta  
mente qualitatē audiētis cōsiderat: id est  
pfectū vel defectu aspicit: ⁊ iuxta eius in-  
telligentiā predicatiōis sue verba mode-  
rat: vt describi in audiētis mente ciuitas  
hierusalē: id est visio pacis possit. **D**icat  
ergo. **S**ume tibi laterē videlicet proximi  
cor terrenū pones eū corā te scilicet vt et  
vitā atq; intellectu illius intēta mente cu-  
stodias. **E**t describes in eo ciuitatē hieru-  
salē: vt ei que sint superne patrie gaudia  
de visione pacis innotescas. **Q**uasi em̄ iā  
hierusalē in latere descripta est cū terre-  
na mēs ceperit que sint illa interne pacis  
gaudia vera cognoscere: ⁊ ad conspicien-  
dam gloriā patrie celestis anhelare. **Q**uia  
si in terra als in terrena visio pacis describi  
tur: quādo mēs que prius terrena sapue-  
rat: per amorē iam ad cōtemplandā glo-  
riā regni celestis eleuat. **S**ed mox vt ani-

mus amare celestia ceperit: mox vt ad vi-  
sionem pacis intime tota se intentiōe col-  
ligerit: antiqu⁹ ille aduersarius qui de ce-  
lo lapsus est inuidet: ⁊ insidiari ampli⁹ in-  
cepit: ⁊ acrores quā cōsueuerat tempta-  
tiōes admouet. **I**ta vt plerūq; sic resisten-  
tē animā temptet: sicut anse nūq̄ tempta-  
uerat quādo possidebat. **U**nde scriptū est  
**F**ili accedēs ad seruitutē dei: sta in iusti-  
cia ⁊ timore ⁊ ppara animā tuam ad tem-  
ptationē. **E**ccl. 2. **U**nde ⁊ demoniacus q̄  
a dño sanat ab exente demone discerpit  
cut scriptū est. **E**t clamans ⁊ multū discer-  
pēs eū exist ab eo. **M**ar. 9. **Q**uid est em̄  
q̄ obessū hominē antiqu⁹ hostis quē pos-  
sillum nō discerpserat deserēdo discerpit  
nisi q̄ plerūq; dū de corde expellit: acro-  
res in eo temptatiōes generat: q̄ prius ex-  
citauerat quādo hoc quietus possidebat.  
**U**nde israelite quoq; ad moysen ⁊ aaron  
dicit. **V**ideat dñs ⁊ iudicet quoniā fete-  
re fecistis odorē nostrū corā pparaone et  
seruis eius: ⁊ pbusistis ei gladiū vt occide-  
ret nos. **Exod. 5.** **I**n moysē em̄ ⁊ aaron  
lex ⁊ pphete figurate sunt. **E**t sepe apud  
se infirmus anim⁹ quasi cōtra sacra eloq; murmurat: quia postq̄ verba celestia au-  
dire ⁊ sequi ceperit: regis egyptij aduer-  
sitas: id est maligni spūs temptatio excre-  
scit. **D**ebet ergo vigilāter doctor pficiē-  
ti anima que illā temptatiōes sequant in-  
notescere: vt cauta se valeat ptra maligni  
spiritus insidias pparare. **U**nde bene nūc  
post descriptā ciuitatē hierusalē in latere  
dicit prophete.

**[Et ordinabis aduersus eam  
obsidionē ⁊ edificabis munitio-  
nes ⁊ cōportabis aggerē.]**

**I**n qua em̄ iam pacis visio describit: ei  
necesse est vt temptatiōis bella nunciatur.  
**N**am vt valeat ad illa pacis gaudia  
eterna pertingere: hanc hic proculdubio  
opozet tribulationū certamina multa sus-  
stinere. **H**e qua bene dicit.

**[Ordinabis aduersus eam ob-  
sidionem.]**



**P**redicator: quippe cōtra erudendā animā obediētiā ordinat: cum p̄monendo indicat: quibus se modis vicia virtutibus opponat: quomōdo luxuria castitatē feriat qualiter ira tranquillitatē anie perturbet quantum inep̄ta leticia a vigore mentis resoluat: qualiter multiloquiū munitiōem cordis destruat: quomodo inuidia charitatē interficiat: quēadmodū superbia arcem humilitatis effodiat: qualiter fallacia veritatē in sermone corrumperit: hāc etiā in cogitatiōe corrumperit: vt qui verū dicere noluit qd̄ intellexit: iam nec intelligat quod dicere valeat. Ordināt ergo a predicatorē obediētiā: cū per sanctū admonitiōis verba singulis quibusq; virtutibus q̄ vel q̄bus modis vicia insidiat ostēdit. Et contra hierusalē quā descripsit in latere p̄dicatoz munitiōes edificat: quādo mala queq; q̄ munita cōtra mentē veniant demonstrat: vt si se vicia sub virtutū specie abscondat: quatenus sicut sepe iaz dixim⁹ immoderata ira iusticia videri appetit: et discipline remissio m̄asuetudo videre velit: et tenacia sese parsimonia nominet: et inordinata resū effusio se beniuolentiam appeller. Quasi etiā edificate cōtra mentē munitiōes sunt: quando vicia sub virtutū specie excrescūt et in alto se ostendūt per imaginē: que in imo iacet semper per actionē. Adhuc quoq; addit.

**¶ Et comportabis aggerem.]**  
Quomodo etiā mens desiderare celestia ceperit: eo in illā maligni spirit⁹ temptatiōibus suis terrenas ampli⁹ cogitationes exaggetat. Prop̄pheta ergo aggerē cōportat: cū predicator sanctus bonis mētibus qualiter terrena desideria surripere solent denūciat. Atq; adhuc addit.

**¶ Et dabis contra eam castra et pones arietes in gyro.]**

Quasi dat contra animā doctor castra: quādo malignoz spiritū contra eā collectas atq; adunatas insidias indicat vt ali quādo non solummodo ex vno sed ex consuetudine vicij simul temptet. Nam sunt que-

dam vicia quasi per quādā sibi cognationē propinqua. Sicut dissolutio spiritus appetitus gula: et immūdia luxurie. Sicut multiloquiū fallacia atq; periuriū. Ex dissolutiōe quippe spiritus inēs ad ingluuiē ventris rapit. Et dum cibus venter extendit: ad luxuriā caro trahit superbiōdo captiua. Et reuersus ex multiloquia fallacia generat. Quia valde difficile est: vt qui multa loquit: non etiā mentiat. Et sepe mendaciū etiā periurio regit: vt ante humana iudicia veletur. Superbia quoq; esse sine inuidia atq; inani gloriā nullaten⁹ potest. Superbus eterū quibz honorē quez ipse ambit: alijs inuidet. Et cum hūc fortasse obtinuerit: in elationem glorie temporalis attollit: atq; quod alios conspiciat minime percipere potuisse: hoc se per inanē gloriā pre ceteris putat habere. Sciendū quoq; est: quia sepe nonnulla vicia ad mentē nisi simul veniūt: sed supponūt vt vnū alteri in temptatiōe succedat et aliud cōtra faciem venit aliud vero in temptatiōe se ex latere subijcit: quatenus dū alteri resistit: ab altero mens decipra capiat. Ipsa etiā que superius dixim⁹ vicia plerūq; se alia pro alijs furtiue supponūt. Sicut nonnunquā dum iram vinis cere in nobismetipsis conamur: plus q̄ necesse est lenitas mentē occupat: vt asperitatem peccatibus quā oportet minime proponat. Sepe vero dū nobis incauta lenitas displicet: zelus se in furorē trahit: atq; extra paciētie limitē animū captiuū rapit. Quia ergo permixta simul vicia atq; adunata p̄tra mentē veniūt: recte in predicatoris ore cōtra descriptā. Hierusalē castra proponūt. Et quia aliquādo singula hinc inde sensum feriūt: in gyro arietes ordinant. Pōnit ergo predicator arietes in gyro dū caute denūciat: q̄ blande luxuria percutit: q̄ aspere in paciētia occidit: quā laboriose auaricia accēdit et interimit: q̄ tumide superbia extinguit. In gyro itaq; arietes ponere: est predicatio ostendere qui vndiq; soleāt animā mucrones vicioz erire. Sequit.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**[Et tu sume tibi sartagine[m] ferreã[m] et pones eam murũ ferreũ inter te et ciuitatẽ.]**

**[**Quia ferrũ forte metallũ est: et in sartagine cibus frigit. Quid per sartaginẽ ferreã: nisi spiritualis zeli fortis frictura signatur. Omnis quippe spiritualis zelus doctoris animã frigit: quia valde cruciatũ dũ in firmos quosq[ue] eterna deserere: et rebus tẽporalibus delectari cõspicit. Quã bene paulus sartaginẽ ferreã sumpserat: cũ zelo animarũ cruciatus dicebat. Quis infirmat et ego nõ infirmor: quis scandalizat et ego nõ viroz? 2. Corinth. 12. Ip̃m suũ cor qd animarũ zelus succederat quid aliud q[ua]m sartaginẽ fecerat: in qua amore virtutũ contra vitia ardebat. Quod em̃ vzebat sartago erat inardescere em̃ et coquebat: quia incendebat amaritudinem zeli contra vitia: sed alimẽta p̃parabat ex sua afflictione cogitatioe. Sed quid est q[ua]m eandẽ sartaginẽ p̃pheta intra se et ciuitatẽ murũ ferreũ ponit: nisi q[ua]m idẽ fortis zelus qui nũc in mente doctoris agit: in die extremi iudicij inter eũ et animã quã a vicijis zelat testis est. Et si audire is qui docet noluerit: doctor tamen p̃ zelo que exhibet de auditoris negligẽtia reus non sit. Murũ ergo ferreũ inter se et ciuitatẽ ponit: quia vltimõs tempe inde doctor ad dampnatio[n]is periculo munif: vnde nũc per zelũ custodie cordis fricturã patit. Nullũ quippe omnipotenti deo tale est sacrificiũ quale est zelus animarũ. Hinc enim psalmista ait: Zelus domus tue comedit me. ps. 68. Quãtũ em̃ frictura cordis que spirituali zelo agit: omnipotentẽ dñm placat aperte ostendit: cũ offerri per legẽ similia in sacrificiũ iubet. De qua scriptũ est. In sartagine oleo cõspersa friget: offeratq[ue] eam calidam in odorẽ suauissimũ dño sacerdos q[ui] patri iure successerit et tota cremabit in altari. Genit. 6. Tunc em̃ similia in sartagine frigit: cũ munda mens iusti per zeli sancti ardorẽ cremat. Que cõspersi oleo precipit: idest ebaritati misericordie mysteri

que in cõspectu omnipotentis dñi ardet et lucet. Cõspersig[ur] ergo oleo mens que in sartagine frigit. Quia in sancti zeli districcio[n]e necesse est vt ex misericordie virtute et ardeat et clarescat. Amat em̃ eũdẽ ip̃m quẽ insequi videat. Unde et calida in odorẽ suauissimũ domo offerri p̃cipit: quia si amorẽ zelus nõ haberet ea que de sartagine offerẽt calorem similia amisit. Et notandũ quis eam offerre p̃cipit: videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille em̃ sacerdos patri iure succedit: qui esse se omnipotentis dñi filiũ moribus demonstrat: atq[ue] a nobilitate intima operũ suor[um] ignobilitate nõ discrepat. Que in altari tota cremari p̃cipit: vt videlicet holocaustũ fiat. Holocaustũ enim totum incensum dicitur. Unde et in translatio[n]e altera in hoc loco hec eadem similia: que in sartagine frigitur holocaustum fieri iubet. Hoc autem inter holocaustũ et sacrificiũ distat: quia omne quidẽ holocaustũ sacrificiũ est nõ omne sacrificiũ holocaustũ. Sũt enim multa bona que agunt sacrificia: sed holocaustũ nõ sunt: quia totã mentẽ in amore spirituali minime incendit. Qui em̃ sic operant ea que dei sunt: vt tamẽ et quedã que sunt seculi nõ relinquãt: nimirũ sacrificiũ et non holocaustũ offerũt. Qui autẽ cuncta que mudi sunt deserũt: et totã mentẽ igne diuini amoris accendũt: hi nimirũ omnis potenti dño sacrificiũ et holocaustũ sunt. Similia itaq[ue] in sartagine est munda mens iusti in zeli spiritualis afflictio[n]e: que per sollicitudinẽ animarũ frigit: et non solũ sacrificiũ: sed etiã holocaustũ domo esse deputat. Sumamus ergo sartaginẽ ferreã: et ponamus eã murũ ferreũ inter nos et ciuitatẽ: idest assumamus zelũ fortẽ vt inter nos et auditoris nostri animã inueniam[us] hanc postmodũ fortẽ munitionẽ. Tunc em̃ hunc murũ ferreũ inuenturi sumus: si nũc eũ fortiter tenemus: videlicet docẽdo custodiẽdo: suadẽdo: increpãdo: mulcẽdo: terrendo: aliquãdo leniter: aliquãdo vero etiã seuerius agẽdo. De qua recte seueritate subditur.



**E**t obfirmabis faciē tuam ad eā ⁊ erit in obsidione.

Quid est obfirmare faciē ab Iherusalem in latere descriptā: nisi vt ei anime cui celestis pacis visio ē doctor denūciat: si ad huc eam infirmari in suis actibus conspiciat: remissiorē ⁊ clemētorē se minime ostēdat. vnde scriptū est. Filie tibi sunt serua corpus illarum ⁊ nō ostendas hilarē faciē tuā ad illas. Infirmē quippe a se atq; ad appetitū mūdi dedit aliquādo meli⁹ ex seueritate seruānt vt obfirmata faciēs: id est p seueritatis custodit⁹ ab omni spe friuole remissionis abducta inconstantes animam terreat atq; a delectatione vitiorum distractionis rigore cōstringat. Ad eum a doctore agitur semper, necesse ē vt dulcedo ⁊ humilitas ī corde teneat: qua tenus ⁊ multum amet ⁊ nunq̄ contra eū per elationē superbiat: cui tamen amorem suum ⁊ humilitatem pro vtilitate eius p dere recusat. Sequitur.

**E**t circūdabis eam.

Circūdat doctor auditoris animā: cum in omne quod in hac vita agitur: temptationum laqueos apponi posse denūciat vt dum vbiq; sit mens pauida vbiq; circūspecta quāto timidior tanto vigilantior iuuat. Sequit̄.

**S**ignum est domus israel.

Si ad historiaz obsidionis que iuxta litteram facta est. signū est dom⁹ israel qd propheta fecit. Si vero ad ministeriū qd quotidie erga vniuscuiusq; animā a doctore agit: signū est dom⁹ israel ⁊ hoc qd egit ⁊ hoc qd agendū nunciauit. Quia si cur domus israel obsidionē corporaliter pertulit: ita vnaqueq; anima que iam seruire omnipotenti deo incipit: obsidentes se in fidias malignorū spiritūū sentit. a quibus si vere eripi appetit: scire debet quia eripi sua virtute non possit: sed eius necesse est vt adiutorium speret: qui nos ⁊ in carne corruptibili viuentes per redemptionis sue mysterium potest etiam super spirit⁹

qui sunt sine carne roborare Iesus christ⁹ dominus noster. Qui viuūt ⁊ regnat cum patre in vnitatē spiritus sancti de⁹. Per omnia secula seculorū Amen.

**O**meliarum beati Gregorij pape super Ezechieles liber primus finit feliciter.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**I**ncipit prefatio Omeliarum  
beati Gregorij pape libri secundi.

**Q**uia multis curis premens  
libri coram charitate vestra  
corum ordinem perscrutari  
non licuit: bonis vestris de  
siderijs placuit petere: ut  
salte extrema eius visio que facta est de edifi-  
ficio in monte constituto: que et cunctis est visio-  
nibus eius obscurior: exponi debuisset. Et  
quidam voluntati vestre me parere necesse est  
sed duo sunt que hac in re perturbant animam meam.  
Primum quod hec eadem visio tante obscuritatis  
nebulis tegitur: ut vix in ea aliquid intellectu  
interlucere videatur. Aliud quod iam Aguilus  
logobardorum regem ad obsidionem nostram sum-  
mopse festinantem padum transisse cognouit  
mus. An prestate fratres charissimi in calig-  
inationis ac mysticis sensibus penetrare quod  
valeat mens misera: timoris sui perturbatio-  
nibus occupata? Quanto enim circa terre-  
na plus sagacitatem in his que sunt celestia  
minus videt. pro eo quod curis suis extra se du-  
citur: et valde interius minor est: quod scriptum est.  
Deprimunt terrena inhabitatio sensum multa  
cogitantem. Sap. 9. Que enim superiora  
penetrare etiam collecta non sufficit: pensate  
quid agere poterit diuisa? Scimus autem:  
scimus omnes quod et fluvius qui in multis rivis  
diuiditur: a suo alveo siccat. Sed tamen iter  
hec adest superna gratia. Et si mentem meam  
cogitationum mearum pondere deprimit: ve-  
strosque habet penes desideriorum leuat. Obscu-  
rum quidem valde est opus quod aggredimur:  
sed ponam in animo: quod nocturnum iter agimus  
restat ergo ut hoc palpando carpiamus.

**I**ncipit Omelia XIII. que ex-  
ponit. XL. ca. a principio usque ad  
illam premissam. Fili hominis vide  
oculis tuis.

**I**n viceesimo et quinto  
anno transmigracionis  
nostre in exordio anni

decima mensis quartodecimo an-  
no postquam percussa est ciuitas ip-  
sa hac die facta est super me man-  
us domini: et adduxit me illuc.

**P**icturam mysticam narrationem historicam  
premittit: ut fiat ex tempore quod credatur in  
reuelatione. Notandum vero quod in exordio  
libri huius quo anno prophetare cepit: in-  
dicant. in fine vero inserunt quod in extre-  
ma visione videtur: ita ut cognosci valeat in  
quorundam annis prophetie sue librum dixerit. Te-  
pus namque quo prophetare cepit: in locutio-  
nis sue initio posuit videtur. Apertus fuit ce-  
li. et vidi visiones domini: in quinta mensis: ip-  
se est annus quintus transmigracionis regis  
ioachim. Hinc vero loquitur videtur. in vice-  
simo et quinto anno transmigracionis nostre  
Iude namque prophetam in captiuitate primam: cum  
ioachim rege fuerat in Babilonia trans-  
ductus. Hinc de scilicet hierosolymorum captiui-  
tate subiungit. Quarto decimo anno post-  
quam percussa est ciuitas. Undecim quippe an-  
nis sedechias post captiuitatem primam in  
qua Ezechiel propheta cum Joachim rege  
ductus est in hierosolymorum urbem regna-  
uerat. Post captiuitatem vero eiusdem sede-  
chie que etiam scilicet erat urbis captiuitas:  
quartodecimo anno propheta visionem vlti-  
mam vidit. Undecim itaque et quatuordecim  
simul iuncti: faciunt viginti et quinque  
Et igitur visionem primam quinto captiuitatis  
prioris anno locutus est: atque hanc vltimam  
viceesimo et quinto anno factam fuisse descri-  
bit: profecto patet quod in viginti annis locu-  
tionis sue moras usque ad vltimum visionis  
sue verba tetenderit. Nec mouere quem-  
piam debet quod in medio prophetie sue volu-  
mine cum de Babilonico rege loqueretur: vi-  
cesimi ac septimi anni memoriam facit.  
Quo in loco cum nihil de tempore sue capti-  
uitatis interferit: aperte demonstrat quia  
eius regis tempora describat: de quo ut pro-  
phetaret acceperat. Sed vero ait in exor-  
dio anni decimi mensis: tempus simpliciter  
exprimit: ut ex ipso quoque tempore in cor-  
da audientium iuxta litteram verbi radicem sit



gat: ex qua spiritalis fructus postmodum  
operat. Notandum vero quod ait. Quarto  
decimo anno postquam percussa est ciuitas ip-  
sa hac die. Quid est enim quod per hanc visio-  
nem ultimam omnipotens deus ea ipsa die di-  
gnatus est permissionis sue misericordiam  
facere: quia die in percussa ciuitate ira iusti-  
cie impleuit: nisi quod illa diuinitas que vis-  
us in diuersitatis motu et mutabilitate non  
ducit: ipsa luce iusticie afflictos ac penitentes  
uiuificat: quia supbieces ac rigidos per-  
currit. permisso itaque visiois sue tempore subiigit.

**F**acta est super me manus domini: et ad-  
duxit me illuc in visionibus domini.  
Adduxit me in terram israel: et di-  
misit me super montem excelsum ni-  
mis: super quem erat quasi edificium  
ciuitatis vergentis ad austrum.

**Q**ui vix ciuitatis edificium accipit iuxta  
litteram nullatenus potest. Nam paulo post sub-  
dit hoc ipsum edificium calamo sex cubito-  
rum et palmo. portam vero eiusdem ciuitatis quat-  
tuordecim cubitis mensurata. cuius porte  
frontes esse perhibet sexaginta cubitorum.  
Que cum stare iuxta litteram nullatenus  
valeret. Quomodo enim totum simul edificium calamo  
id est sex cubitis et palmo mensuratur: et por-  
te edificij in quatuordecim cubitis. frontes vero  
portarum in sexaginta cubitis extendun-  
tur? Porta vero in ciuitate est. frontes vero in  
portis. Et nulla recipi ratio permittit. quod mi-  
nus est hoc quod continet ab eo quod continet. In  
scriptura autem sacra et ea que accipi secundum histo-  
riam preterita: plerumque spiritaliter accipienda sunt:  
ut et fides habeat in veritate historie et spiri-  
talis intelligentia capiat de mysterijs alle-  
gorie. Sicut illud quod nouimus quod psalmi-  
sta ait. **Domine videbo celos tuos opa digito-  
rum tuorum: lunam et stellas que tu sudasti.** ps.  
8. Ecce enim exteriori descriptione stat firmo-  
rois. que et celi opera dei sunt. et luna ac stelle  
ab eo create atque fundate sunt. **Sed hoc**  
psalmista iuxta sola exteriora opera et non est  
secundum intellectum mysticum asserit: quod celos  
opa dei esse professus est: diciturus lunam

et stellas: cur non etiam sole quem scimus que  
eius opus est pariter enumerauit. **Si enim**  
solum iuxta litteram loquebatur: dicitur  
luminare minus: prius luminare maius vis-  
cere debuit. ut ante sole et post lunam atque  
stellas fundatas esse perhiberet. **Sed que**  
iuxta intellectum mysticum loquebatur: ut lus-  
nam sanctam ecclesiam: et stellas homines sanctos  
accipere debemus. **Sole** nominare non  
luit. quia videlicet ipsi eterno soli loques-  
batur. de quo scriptum est. **Vobis autem qui**  
timetis dominum oriet sol iusticie. **Mala.**  
4. **De quo** reprobi sine dicituri sunt. **Sol**  
iusticie non ortus est nobis. **Sap. 10.** **Di-**  
cendo ergo lunam et stellas quas tu funda-  
sti. et tamen tacendo sole qui factus est: indi-  
cauit quod illi soli locutus est qui non solum so-  
les et lunam atque stellas corporaliter: sed etiam  
lunam ecclesiam atque stellas homines sanctos  
spiritaliter fecit. **Si ergo** aliquid de histo-  
rie apta ratione ducimus ad intellectum alle-  
gorie: quanto magis illa spiritaliter accipi-  
enda sunt in quibus iuxta rationem littere ni-  
hil historicum sonat.

**F**acta est super me manus do-  
mini: et adduxit me illuc in visi-  
onibus domini: adduxit me in  
terram israel.

**Q**uod dixerat adduxit me illuc: hoc repli-  
cas subdidit. adduxit me in terram israel.  
**Dan** que in visione est virtus in preteritatis  
one. quibus dicitur quid apte dicat: nisi que  
nihil de ciuitate quam viderat iuxta litteram  
dicat: Nam spiritaliter de ea loquitur: quam  
spiritaliter preteratur.

**E**t dimisit me super montem  
excelsum nimis.

**Q**uem ergo significat mons excelsus nisi me-  
diator dei et hominum: homines christum ipsum. **Qui**  
de terra quidem: sed ultra terram est. quod caro eius  
usque redemptoris nostri de limbo huius materi-  
e: sed in summis preeminet ex preteritis. **Que**  
nimis erat ut excelsum diceret: nisi adde-  
ret nimis. quia non solum homo: sed eius  
usdem humanitatis conceptione que ab eo



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

assumpta est deus et homo. Non solū homo  
vitra homines: sed homo etiā sup ange-  
los factus. Hinc enim de illo p̄ Esaias  
dicit. In die illa erit fructus terre sublimis  
Esa. liij. Creatus etenim noster quia pro no-  
bis incarnatus est: fructus terre factus est  
nobis. Sed iam fructus terre sublimis ē.  
quod qui homo natus est in terra: sup ange-  
los regnat in celo. Quia iuxta David et  
pauli vocē: oīa subiecit sub pedibus eius  
Ps. 8. In eo enī quod ei subiecit omnia: ni-  
hil dimisit nō subiectū ei. Heb. 2. Mons  
ergo iste est excelsus et nimis: quod et si de ter-  
ra est per substantiā humanitatis: in com-  
prehensibilis tamē est ex altitudine diuini-  
tatis. Hinc est enī quod eundē dominū cum  
Esaias ppheta p̄spiceret in carne esse vē-  
turū per pphete spiritū subleuatus ait.  
Et erit in nouissimis diebus preparatus  
mons domus domini in vertice montū. Esa. 2.  
Domus enim domini israeliticus populus fuit.  
Mons itaque domus domini ille appellatus est  
qui in israelitico populo incarnari digna-  
tus est. Fuerūt autē in eodē populo sancti  
viri qui mōtes iure vocarent. quod per vite  
meritū ad celestia p̄pinqauerūt. Sed in  
carnatus vntigenitus istis mōribus equa-  
lis nō fuit: quod naturā vitam: merita omni-  
um ex sua diuinitate transcendit. Unde et re-  
cte mons super verticē montū dicitur: quod  
excelsus ex diuinitate sua inuētus est: eti-  
am sup cacumina sanctorū. et hi qui mul-  
tū in deo profecerāt: eius vestigia vir po-  
tissent tangere: ex vertice cogitatiois.  
Qui ergo illic mons super verticē montū  
dicitur: ipse hic mons excelsus: nimis esse p̄-  
hibetur. Sequitur.

**S**uper quē erat quasi ciuitas  
edificiū vergentis ad austrum.

**N**otandū quod non dicitur sup quē erat edi-  
ficiū: sed quasi edificū. Unde videlicet  
ostēderetur quod non de corpali: sed de spi-  
ritali ciuitatis edificū cuncta dicerent.  
Qui enim nō se edificū sed quasi edificū  
vidisse perhibet: eorum aduentū ad spirita-  
lem fabricā mittit. Sicut per psalmistā di-  
citur. Hierusalē que edificat: ut ciuitas.

Ps. 121. Quod etenim illa interne pacis visio  
ex sanctorū cuius cōgregatione cōstruitur  
Hierusalē: celestis ut ciuitas edificatur.  
Que tū in hac pegrinatōis terra dñi fla-  
gellis pcutit. tribulationibʹ ruidit: eius  
lapides quortidie quadrant. Et ipsa ē ci-  
uitas scz sancta ecclesia que regnatura in  
celo adhuc laborat in terra. Cui⁹ ciuitas  
Petrus dicit. Et vos tanq̄ lapides vlti  
sup edificamini. 1. Pet. 2. Et Paul⁹ ait.  
Dei agricultura: dei edificatio estis. 1.  
Cor. 3. Que videlicet ciuitas: hʹ hic in  
sanctorū moribʹ magnū iā edificū suum.  
In edificio quippe lapis lapidem portat:  
quod lapis sup lapidē ponit. Et qui portat  
alterū: portat ab altero. Nā vicissim se p̄-  
ximi tolerāt: ut per eos edificū charitatis  
surgat. Hinc enī Paul⁹ admonet dicēs.  
Inuicem onera vestra portate. sic adim-  
plebitis legē xp̄i. Gal. 6. Cui⁹ legis vir-  
tutē denūciās ait. Plenitudo legis cha-  
ritas. Rom. 13. Si enī ego vos portare  
negligo in moribʹ melior: et vos me tolera-  
re contēniti in moribʹ vestris: charitatis  
edificū inter vos vnde surgit: quos vica-  
ria dilectio per p̄sentiam nō cōiungit.  
In edificio autē ut predixim⁹ lapis quod por-  
tat portat. quod sicut ego iā mores eorū tole-  
ro qui adhuc in cōuersatione boni operis  
rudes sunt: ita ego quos ab illis tolera-  
tus sum qui me in timore dñi precesserūt  
et portauerūt ut portat⁹ portare diceret.  
Sed et ipsi quos a maioribʹ suis portati  
sūt. Lapides vero quod in similitate atqz extre-  
mitate fabricę ponunt. ipsi quidē portantē  
ab alijs: sed alios nequaquā portāt. Quod et hi  
qui in fine ecclesie. i. in extremitate mūdi na-  
scituri sunt tolerant quidē a moribus: ut  
eorū mores ad bona opa ipsonant. Sed cū  
nō eos sequunt⁹ quod per illos p̄ficiant: nullos  
sup se fideles fabricę lapides portāt. Hūc  
itaqz alij portant a nobis. nos vero porta-  
ti sum⁹ ab alijs. Omne autē pond⁹ fabricę  
fundamētū portat: quod mores simul om-  
nium solus redēptor noster tolerat. Pe-  
trus quoque Paulus ait. Fundamētū enī aliud  
nemo potest ponere preter id quod positum



est: qđ est xp̄s iesus. 1. Corinth. 3. Por-  
tat fundamentū lapides: et a lapidib⁹ nō  
portat: qz redemptor noster oīa nostra to-  
lerat: sed in ip̄o malū non fuit qđ tolerare  
debuisset. Unde bene nūc dicit:

**[Dimisit me super montē ex-  
cellū nūnis: super quē erat qua-  
si edificū ciuitatis.]**

**[Quia mores et culpas nostras solus ille  
sustinet: q̄ totā sancte ecclesie fabricā por-  
tat: qui per p̄phete vocē de peruerse ad-  
huc viciis dicit: Laboraui sustinēs.  
Hier. 6. Non autē sustinendo dñs labo-  
rat: cui⁹ diuinitatis potentiā nulla fatiga-  
tio cōtingit: sed verbis humanis loquēs  
ip̄am suam circa nos patientiā laborē vo-  
cat. Et notandū qz eandē ciuitatē quā p̄-  
pheta cōspererat: ad austrū vergentē vi-  
dit. Ausus em̄ ventus: quia in sanctispi-  
ritus typo poni solet: qui in sacro eloq̄o  
studiosi sunt recognoscūt. Cant. 4. sicut  
ecōtrario per aquilonē sepe dyabolus de-  
signat: qz ille relaxat in calozē: et iste cō-  
stringit in frigore. Et veritas dicit: Abū-  
dabit iniquitas: refrigeret charitas mul-  
tor. Mat. 2. 4. Propheta quoqz de iu-  
dea asserit dicēs: Sicut frigidā facit cy-  
sterna aquā: sic frigidā fecit maliciā suā.  
Hier. 6. Hinc em̄ dyabolus p̄pheta at-  
testante dixisse perhibet. Sedebo inquit  
in mōte testamēti in lateribus aquilonis.  
Esa. 14. Et qz torporē mentis sancti spi-  
ritus grā relaxat. Hinc psalmista ait: Cō-  
uerte dñe captiuitatē nostrā: sicut torrēs  
in austro. ps. 125. Captiuitas em̄ nostra  
que torporis frigore ad sequendū deū pi-  
grā remāserat: per calozē sanctispiūs rela-  
xat vt currat in amorē del. Unde et nūc vi-  
dit qz ciuitas que in mōte cōstituta est ad  
austrū vergit: qz electoz ecclesia cogitati-  
ones suas in afflatu sanctispiūs aperit: at-  
qz ab om̄i superbie suē vertice discedens:  
in deo cui credit amoris calozē cōcipit: vt  
nihil ei libeat nisi eius grē submitti: eius  
dilectio calefiat: eius afflatus semp mu-  
nere repleri. Unde et valido amore succē-**

sus cōtemplator dicebat: Anīa mea exul-  
tauit in dño: delectabī sup salutari eius.  
ps. 61. et. 69. Qui em̄ latine salutaris:  
ip̄e hebraice ihesus dicit: Prop̄heta igit̄  
qz vias eius atqz miracula redemptiois  
qz nostre mysteriū per p̄phete sp̄m cons-  
templabat: exultare se in dño: et delectari  
sup iesu perhibet: qz inde gaudiū, in mēte  
cōceperat: vñ per amorē fortiter ardebat  
Abac. 3. Pensē⁹ itaqz si mētēs sp̄ita-  
liū patrū in illo delectate sunt: qui necdū  
venerat: sed p̄uidebat cuius reat⁹ sit eius  
vias: eius exēplaz eius monita: postqz ve-  
nit et redēptionē exhibuit nō amare. Nec  
ergo ciuitas ad austrū vergere dicit: ac si  
aperte diceret: qz prior illa ciuitas scz sy-  
nagoga in infidelib⁹ suis ad aquilonē ste-  
tit: que in frigore p̄fidie durauit. Sancta  
vero ecclesia qz charitatē fidelē p̄cepit per  
calozē ad austrū vergit: et quasi p̄calido vē-  
to innitit: qz nō in sui fiducia: sed in dono  
sp̄italis grē letat. Sequit̄.

**[Et introduxit me illuc.]**

**[Celestis ciuitatis edificū ille intrat qui  
tanea ad perfectū boni operis assurgit. Sed hec eadē terra primū herbā: deinde spicā deinde plenū frumentū producit in spica. Herbā quippe pducere est inchoationis bone adhuc teneritudinē habere. Ad spicā vero herba peruenit: cū se virtus antio cōcepta ad perfectū boni operis pertrahit. Plenū vero frumentū in spica fructificat quā iam intansū virtus proficit vt esse robusti et perfecti operis possit. Sed cū ex se pduxerit fructus statim mittit falcē: quā adest tempus messis. Omnis enim deus pducto fructu falcē mittit: et messem suā desecat: quod cū vñquēque ad opa perfecte perduxerit: eius temporalē vitā per emissā suā incedit: vt granū suū ad celestia horea perducatur. Cū igitur desideria bona cōcipimus: semen in terrā mittimus. Cū vero operari recta incipimus: herba sumus. Cūque in eiusdē operatiōis perfectiōe solidamur: iam plenū frumentū in spica asperimus. Herba etenim petrus fuerat: qui passionis tempore amore dñm sequens hunc asserit an ancille vocē timebat. Luc. 22. Mat. 26. Mar. 14. Job. 18. Erat enim tā viriditas in mēte: quod credebat oīm redemptorē: sed valde adhuc flexibilis pede calcabatur timoris. Jam in spicā surrexerat: quā cū quē moriturū asserit timuerat: nūciantē angelolo in galilea viuente videbat. Sed ad plenū granū in spica peruenerat: quā veniente desuper spūs: et suā mentē in illius amore roborate ita solidat: est: vt vires persequens tū celsus despiceret: et redemptorē suū habere inter flagella p̄dicaret. Nullū itaque quod ad bonū ppositū adhuc in mētis teneritudine esse conspicit despiciat: quod frumentū dei in herba incipit vt granū fiat. Sic ergo vestitus lineis venit ad portā: quod dñs ac redemptor noster mēbris suis intrantibus perducit ad se. Et ascendit per gradus eius: quod nobis proficiētibz: eo nobis amplius exaltat quāto altius incōprehensibilis esse cognoscit. In virtute quippe nostrarū mentiū gradibus ipse ascendere dicit: quia tanto ipse sublimior nobis ostēdit: quantū noster animus a rebus infis



emis separata. Sequitur.

**Et mensus est limen porte calamo vno latitudinē.]**

**C**ur postq̄ dictū est limen porte: statim subiungit: limē vnū? Nisi quia aperte inuenit q̄ adhuc inferius limen aliud dicitur porta autē a limine surgit vt porta sit. Si igit̄ porta dñs: quis hui⁹ porte limen est nisi illi antiqui patres ex quoz̄ progenie dñs incarnari dignat⁹ est? Sicut per paulū dicit: Quoz̄ patres ex qb⁹ xps̄ fm̄ carnē: qui est super oīa deus bñdicit⁹ in secula. Ro. 9. Notandū nobis est in hac pauli sentētia q̄ dii ⁊ ceteri hoīm sunt vocati sicut moysi dicit: Donā te in deū pharaoni. Exod. 7. Et per psalmistā dicit: Ego dixi dii estis. ps. 81. Et rursum. De⁹ stetit in synagoga deoz̄. Sed aliud est nūc patiue: aliud naturaliter dici deum. Et si moyses in deū pharaoni est posit⁹: sed deus intra oīa non deus sup̄ oīa dicit: Qui vero est in vtero virginis incarnat⁹: deus super oīa vocat. Itaq̄ limen porte antiqui patres ex qb⁹ ille natus est: q̄ nobis aditū regni celestis aperuit. Limen autē porte vno calamo mensurat⁹: q̄ ipsi antiqui patres potuerūt redemptorē nostrū ⁊ prophetā ⁊ bene viuēdo p̄dicare: tanq̄ sex cubita in perfectiōe operis: et palmū inchoatiōis per cōtemplationē habuerūt. Quia em̄ eoz̄ vitā in vnitatē fidei: ⁊ perfecta opatio: ⁊ inchoata cōtemplatio sub limē reddidit: in vno calamo mensura limitis fuit. Sequitur.

**Et thalamū vno calamo in longo: ⁊ vno calamo in latū.]**

**C**onsiderem⁹ quid agi in thalamo soleat atq̄ erinde hoc qd̄ in sancta ecclesia agit colligamus. In thalamo quippe sp̄s⁹ ⁊ sponsa federant: sibiq̄ in amore iunguntur. Qui ergo sunt in sancta ecclesia thalamo: nisi eoz̄ corda in qb⁹ ante per amorē sponse inuisibili iungūt: vt eius desiderio mens ardeat: nulla tam que in mūdo sunt cōcupiscat: presentis vite longitudinē penā deputet: exire festinet: ⁊ amoris

amplexu in celestis sp̄s⁹ visione requiescere. Mens itaq̄ que iam talis est nullā presentis seculi cōsolationē recipit: sed ad illā quā diligit medullit⁹ suspirat: feruet anbelat: anxiat. Illis ei fit ipa salus sul corporis: q̄ trāfixa est vulnere amoris. Unde in canticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Canti. 2. Mala autē salus est cordis que dolorē hui⁹ vulneris nescit. Cū vero anbelare iā in celesti desiderio ⁊ sentire vulnus amoris ceperit: fit anima salubrior ex vulnere que prius egrotabat ex salute. Mentē autē sponsum suū fortiter amāri de amore vite presentis vna solet esse cōsolatio: si per hoc qd̄ ipsa ab eius visione differt: alioz̄ anime eius verbo p̄ficiat⁹: ⁊ ad celestē sponsum amoris facibus inardescat. Meret: quia differre se cōspicit: triste est ei offe quod aspicit: quia illū adhuc nō videt quem videre cōcupiscit. Sed est vt dixi nō parua cōsolatio si feruens anima differt: ⁊ per eā multe colligitur: vt tarde cum multis videat: quē sola videre citius volebat. Unde rursus in cāntico sp̄s⁹ dicit: Fulcite me floribus: stipate malis: quia amore languet. Canti. 2. Quid nāq̄ sunt flores: nisi anime bonū iam opus inchoantes ⁊ desiderii celeste redolentes? Quid mala de floribus: nisi perfecte iam bonoz̄ mentes que ad fructum perueniūt boni operis de initio sancte p̄positis: que ergo amore languet fulciri querit floribus: si pari malis: quia si illū quē desiderat videre adhuc nō permittit: magna est ei cōsolatio si aliorum profectibus letetur. Anima ergo sancta amore languida florib⁹ malisq̄ fulciat⁹: vt requiescat in bono opere proximi: que adhuc cōtemplari nō valet vultum dei. Pensemus ergo qualis thalamus pauli mens fuerat: qui dicebat: Tibi viuere christus est: et mori lucrum. Philipē. 1. Impotenti deo inquantū se amore coniunxerat: qui sibi vitam xpm̄ tantūmodo ⁊ mori lucrum esse deputabat. Ibidem. Hinc est q̄ iterū dicit: desiderii habens dissoluti: ⁊ cū xpo esse multo magis iuncta



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

us. Sed ecce qui dissoluti desideras: quo amore languetas videntur. Quia interim differi te cōspicis: fulcra queso floribus nō requiris. Queris plane. nā sequitur. Permanere autē in carne necessarium propter vos. Et proficiētibus discipulis dicit. Que est enī nostra spes: aut gaudium aut corona glorie? Rōne vos ante domum nostrū iēsum christū. Hinc est q̄ idē thalamus vno calamo in longo: et vno calamo in lato dicitur mēsus. Longitudo q̄ p̄ ad longanimitatē expectationis pertinet. et latitudo ad amplitudinē charitatis. Tantū ergo vnusquisq̄ thalamus habet in longitudinē: q̄rum et in latitudinē: habere poterit. q̄ mēs celesti desiderio succensa: q̄rum amorē habuerit ad colligendum proximū: tantū et longanimitatē exhibet ad expectandū deū. et patienter portat moras longitudinis. q̄ se in profectu proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiā ipsa longitudo longanimitatē patientie que exhibetur proximo designare. Et q̄ latitudo charitatē signat: que sinu mentis aperit: et amicos in amorē recipit tanta est longitudo thalami: quāta latitudo. q̄ q̄rum lata mens fuerit per amorem tantū erit et patienter per longanimitatem. Hāc tantū quisq̄ portat proximū: quantum amat. Si enī amas portas. si desistis amare: desistis tolerare. Quē enim minus diligimus: minus etiam toleramus. quia irruente fastidio: citius facta proximi adducuntur in grauedine pōderis: que nobis non leuiat penna charitatis. Sequitur.

**E**t inter thalamos quinque cubitos.

**C**ū supra thalamū dixerat et postmodum quinque cubitos esse inter thalamos narrat. Ea videlicet ratioe quia multi thalami vni faciunt: sicut et multe ecclesie vna ecclesia vocatur. Unde et in iohannis Apocalypsi septē ecclesie scribit. p̄ quas vna catholica designat. Apoca. i. Hi itaq̄ q̄ in sancta ecclesia sicut dixim⁹ seruētī amorē deū videre et stitunt. eiq̄ tam per deside-

rium cōiungunt thalami vocant. Sed tamē sunt in ea quiddā qui penetrare subtilia nō valēt. et quinque adhuc corporis sensibus depressi. tāto min⁹ amāt eū qui fecit omnia: quāto amplī⁹ in his que facta sunt intelligant. Et iam quiddē exercere se in timore dñi et amore proximi tēdere studēt. bona opera corporaliter agere. elemosynis peccata redimere. S; q̄ vī amoris intimi accedere ad celestē desiderū nesciūt: quasi ad huc deuincti corporeis sensib⁹ tenentur. Isti itaq̄ thalami nō sunt: sed tamē inter thalamos continent. q̄ per eorū ducatus qui visionē dei p̄fecte diligūt: et ipsi ad p̄fectū mētis diligūt. Inter thalamos ergo quinque sunt cubiti. q̄ hi qui ab exterioribus quinque sensib⁹ adhuc ad intellectū mysticū nō assurgūt: vñ inter eos sunt qui spiritu amoris seruēt: velut manētēs inter thalamos in fidei cōstructione proficiunt. et a mēsurā celestis edificij disuncti nō sunt. Hāc paulisper se ab appetitu corporalī sensuū subtrahūt. et dilatato mentis spacio imitātes charitatē quā cōspiciunt: hinc inde ad thalamos extendunt. Quō ergo nō per sex cubitos: sed p̄ quinque descripti sunt: ipsa adhuc eorū imperfectio designat. sed tamē p̄ bonū desiderū in mēsurā spiritualis edificij esse memoratur. q̄ ex voce ecclesie per psalmistā dicitur Imperfectū meū viderūt oculi tui et in libro tuo oēs scribent. ps. 138. Qui iterum p̄ psalmistā dicit. Bndixit omēs timētes se dñs: pusillos cū maioribus. Hi itaq̄ et imperfecti sunt et pusilli. ps. 113. In quibus tamē cognoscere preualēt: et deū et proximum diligūt: atq̄ ideo bona que p̄nt non negligūt opari. Qui et si necdū ad spiritalia dona p̄ficiūt: vt vel ad p̄fectā opationē: vel ad succēsam p̄tēlationē aiam exarant. tamē ab amore dei et proximi in quātū capere preualēt non recedūt. Unde sicut ipsi quoque et si minorū loco: in sancta tamē edificatione sinepōsiti. Quia et si ad doctrinā. si ad prophetiā. si ad miraculorū gratiam. si ad contemptū mundi plenius exequēdū fortasse minores sunt: tamē



in timoris et amoris fundamento sunt in quo solidant. **I**ulianus signis celestis desiderij non ardet in ipsis exterioribus que exercere sufficit vapor charitatis atantur. et inter proximorum precellentium edificia continent. **A**nde et recte sponsa in canticis canticorum loquitur dicens. Ferculum fecit sibi rex Salomon, de lignis libani. columnas eius fecit argenteas. reclinatorum aureum. ascensum purpureum. media charitate prostravit: propter filias hierusalem. **Cant. 3.** Regis enim credendum est Salomonem tante magnitudinis regem: qui sic in mensis divitijs affuebat, ut pondus auri eius estimari non possit et argentum in diebus illis precium non haberet. quia ferculum sibi lignum fecit. **S**ed est Salomon videlicet pacificus noster: qui sibi de lignis libani ferculum fecit. Libani quippe ligna cedrina valde sunt impuribilia. Ferculum itaque regis nostri sancta ecclesia est. que de fortibus patribus. id est impuribilibus mensis est constructa. **Q**ue recte ferculum dicitur: quia ipsa fert quotidie animas ad eternum convivium conditoris sui. **C**ui ferculo columnam argenteam facte sunt. quia predicatorum ecclesie sancte eloquij luce resplendet. **E**st autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum. quia per hoc quod a sanctis predicatoribus lucide dicitur: mentes audientium fulgore charitatis intime i qua reclinant inveniunt. **P**er hoc enim quod luculente et aperte audiunt: in illud quod clarescit in corde requiescunt. **C**olumne ergo argenteae et reclinatorium aureum factum est. quia per lucem sermonis invenitur apud animam claritas quietis. **M**elius iam quippe fulgor internam mentem irradiat. per intentionem ibi requiescat: ubi predicationis gratia non queratur. **D**e eadem quippe sancta ecclesia scriptum est. **P**ene colubae de argenteate: et posteriora dorsum eius in specie auri. **ps. 67.** **Q**ue enim hic spiritum mansuetudinis impleta: quasi colubae pennis de argenteatas habet in posteriora dorsum eius specie auri continet. quia hic predicatorum suos sermonis luce induit. **I**n posteriori autem seculo: fulgorem in se claritatis

ostendit. **S**ed ad hoc quod clarum intus ostenditur qualis sit ascensus adiungit cur de eodem ferculo protinus subdit. **A**scensus purpureum. **A**era quippe purpura. quia sanguine tingitur non immerito in colore sanguinis videtur. quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis ecclesie per martyrij sanguinem pervenit ad regnum. **R**ex noster ascensum purpureum fecit in ferculo. quia ad clarum quod intus aspicitur: per tribulationem sanguinis pervenit. **Q**uid ergo nos miseri atque ab omni fortitudine destituti. quid acturi sumus? **E**cce in hoc ferculo columna esse non possumus. quia in nobis nec fortitudo operis: nec lumen emittat predicationis. **R**eclinatorium aureum non habemus. quia necdum sicut oportet per intellectum spiritalem requiem interne claritatis aspicimus. **A**scensus purpureus non sumus: quia pro redemptore nostro fundere sanguinem non valemus. **Q**uid ergo de nobis agendum est? **Q**ue spes erit si nullus ad regnum pervenit nisi qui summis virtutibus preditus fuerit. **S**ed adest quoque nostra consolatio. **A**men in quantum possumus deum diligamus et proximum: et simul quoque nos ad dei ferculum pertinemus. quia sicut illic scriptum est. **M**edia charitate constructum. **Cant. 3.** **H**abe quippe charitatem: et ibi sine dubio prinus ubi et columna argentea erigitur: et alceus purpureus tenet. **H**az quod hoc propter nostram infirmitatem dicitur: aperte monstratur cum illic prinus subdit. **P**ropter filias hierusalem. **I**bides. **S**ermo etenim dei qui non filios: sed filias dicit: quod aliud per seruum seminum quod mentium infirma signavit. **Q**uod ergo illic inter columnas argenteas reclinatorium aureum et ascensum purpureum inesse in media charitas dicitur propter filias hierusalem: hoc hic inter thalamos per quinque cubitos designatur: quia et qui in virtutibus infirmantur si ipsi bona que possunt facere cum charitate non negligunt: a dei edificatione alieni non sunt. **S**equitur.

**Et limen porte iuxta vestium**



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

bulum porte intrinsecus cala-  
mo vno.

**Q**uoniam limen quod modo describitur iuxta vestibulum porte intrinsecus esse memoratur: aperte ostenditur quia limen quod prius scriptum est extrinsecus fuit. Sed si porta est dominus: quod sit limen porte intrinsecus: extrinsecus requiram. Per limen etenim porta unusquisque ingreditur. Et que sunt duo hec limina: nisi patres testamenti veteris et patres testamenti noui? Non solum quippe hi de quibus dominus incarnari dignatus est: sed omnes testamenti veteris patres porte huius limen fuerunt. Quia hi qui eum predicare et in eo sperare meruerunt: cunctis ad eum vententibus aperuerunt aditum fidei. ut omnis qui crediderit dominum: quasi tam portam huius liminis intraret. Sed cur ante limen exterius et post limen interius dicitur: nisi quod prius testamenti veteris patres: et postmodum noui testamenti doctores fuerunt? Recte autem limen exterius testamenti veteris patres designat. quia per eorum predicationem opera peruersa puniuntur. Per dicta vero nouorum patrum uniuscuiusque animus etiam ab illicitis cogitationibus conceretur: dum reatus esse perfectus in liberatione cordis ostenditur. Illi quippe a flagitijs. a crudelitatibus. a rapinis. auiditorum animas prohibere curauerunt. Illi vero dum non solum peruersa opera: sed etiam illicita cogitationum resecaunt: quid nobis aliud nisi limen intrinsecus facti sunt. Unde et ipsa veritas loquitur dicens. Audistis quia dictum est antiquis: non occides qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio. **Da. 5.** Recte quoque exterius limen illos patres designat: qui ab ipsa incarnatione redemptionis nostri: per intervalla temporum longius constituerunt. Et quidem ab Abel sanguine passio itaque cepit ecclesia. Et vna

est ecclesia electorum precedentium atque sequentium. Sed tamen quia discipulis dicitur. Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt. **Luce. 10.** Antiquis patribus quasi foris stetit esse est: redemptoris nostri presentiam cor poraliter non vidisse. Exterius igitur sed tamen non diuisa a sancta ecclesia fuerunt quia mente. opere. predicatione ista itaque si dei sacramenta tenuerunt. Ita sancte ecclesie celsitudinem conspexerunt: quare nos non adhuc prestolando: sed iam habendo conspiciamus. Sicut enim nos in preterita passione redemptionis nostri: ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris non extra mysterium: sed extra tempus. Unde et in constructione tabernaculi ut coline argentee interius staret: par illi erei figi per circuitum exterius iussit: in quibus religatum tabernaculum teneretur. Coline itaque argentee interius: parilli vero erei in circuitu figuntur: atque in ipsis funes ligati sunt ut tabernaculum fixum maneret. quia videlicet ut sancti apostoli in luce sermonis sui solidi starent et totum tabernaculum. id est sancta ecclesia in fidei integritate consideret: tanquam parilli erei patres testamenti veteris ac prophete exterius fixi sunt: qui verborum suorum funibus predicatorum mentes in soliditate stringerent. atque in hoc dei parilli sunt: ut habitaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo parilli sunt: qui ante tempus huius sancte ecclesie fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipsa sunt. quia dum celestia mysteria ventura predicantur hec postquam ostensa sunt: credibilia omnibus fecerunt. Et ergo intus coline immobiles stent: foris parilli funes continent. quia ut sancti apostoli perfecte incarnationis dominice mysterium crederent: illorum predicatione obtinuit. qui hoc prius fuerit et videre et predicare potuerunt. Unde recte quoque ipse primus apostolorum magna scilicet columna veri tabernaculi loquitur dicens. **Da. 5.** Bemus firmiter propheti sermonem



cui benefactis intendentes: quasi lucerne  
 lucenti in caliginoso loco. 2. **Pe. 1.** In  
 quibus verbis indicat quibus ad altiora  
 surgetur ex culmine ubi religata persistat  
 in fide. **Que** tamen lucerna prophetici ser  
 monis iam quidem intelligentibus luceat: sed  
 adhuc non intelligentibus cooperta alle  
 goziarum obcurtaribus permanet. **An**  
 delectiam per psalmistam de lidem dictis p  
 pbetarum dicitur. **Tenebrosa** aqua i nu  
 bibus aeris. **ps. 27.** Quia videlicet oc  
 culta est scientia i prophetis. **Hec** im me  
 rito colune argenteae papilli vero cret fac  
 ti sunt. quia qd clare iaz apostoli predicat  
 hoc prophete sub intellectu mystico ob  
 scure locuti sunt. **Recte** ergo per exis me  
 tallum signati sunt: qui clari in suis predi  
 cationibus non fuerunt. **Sancti** vero apo  
 stoli qui ad redemptoris nostri mysterium  
 lucem predicationis habuerunt: argenteis  
 colunis expressi sunt. **Et** notanda q argē  
 tum sonat et lucet. es vero sonat et non lu  
 cet. quia predicatorum noui testamenti ap  
 te locuti sunt que etiam monstrare potue  
 runt. **Predicatores** vero testamēti vete  
 ris quia per allegoziarū vmbas de cele  
 sti mysterio obscura dicta protulerunt: qua  
 si sine luce sonitū dederunt. **Qd** ergo il  
 lic per papillos et colūnas. hoc hic per li  
 men exterius designat. **Si** vero portā scri  
 pturam sacrā hoc in loco accipimus: ipsa  
 quoque duo limina habet exterius et inter  
 rius. quia in littera diuiditur: et allegozia  
 limen quippe scripture sacre exteri? lit  
 tera. limen vero eius interius allegozia.  
**Quia** enim per litterā ad allegoziam ten  
 dimus: quasi a limine qd est exterius ad  
 hoc qd est interius venimus. **Et** sunt i ea  
 per multa que ita iuxta litterā mentes edifi  
 cant. vt per hoc quod exterius agit: au  
 dientis mens interius trabatur. **Ibi** qd  
 pe inuenimus predicamentum operis et ex  
 empla virtutis. ibi iubetur quid agere eti  
 am corporaliter debemus. ibi hoc qd ad  
 operandū precipitur: in sanctorū virozum  
 ac fortium actione monstratur. vt post q

nos apertiora precepta atq; exempla san  
 ctorum ad bonā operationē instrunt: tunc  
 ad limen interius: id est ad intellectū my  
 sticum intime contemplationis tendam<sup>9</sup>  
 si possumus pedē mentis. **Strudete** que  
 so fratres charissimi dei verba meditari:  
 nolite despiciere scripta nostri conditoris  
 que ad nos missa sunt. multum valde est  
 q per ea animum refrietur ad calorem: ne  
 iniquitatis sue frigore torpescat. **Cum** ibi  
 la precedentes iustos fortiter egisse cog  
 noscimus. et ipsi ad fortitudinē bone op  
 rationis accingimur. sanctorū exemplo  
 flamma animus legentis incenditur. **Si**  
 det que fortia ab eis facta sunt et valde in  
 dignatur sibi. quia talia non imitat. **An**  
 de recte sponsi voce ad sponsam dicit. **Si**  
 cut turris dauid collū tuum: que edifica  
 ta est cum propugnaculis suis. **Mille** est  
 pel pendent ex ea: omnis armentura fū  
 tium. **Can. 4.** In collo etenim guttur i  
 gutture vox est. **Quid** ergo per collū san  
 cte ecclesie: nisi sacra eius eloquia desig  
 nantur. **In** qua dum mille clipei depen  
 dere memorantur: per hunc perfectū nu  
 merum. numerus vniuersus ostenditur.  
 quia vniuersa nostra munitione in sacro elo  
 quo continetur. **Ibi** quippe sunt precep  
 ta dei. ibi exempla iustozū. **Si** enim totū  
 per animus a conditoris sui desiderio: au  
 diat quod dicitur. **Diliges** dominum de  
 um tuum ex tota mente tua: et ex tota vir  
 tute tua. **Mathei. 22.** **Marce. 12.** **Si**  
 quis in odio fortasse labitur proximi: au  
 diat quod dicitur. **Diliges** proximum tu  
 um sicut teipsum. **Ibidem.** **Res** aliena  
 concupiscitur: audiat quod illic scriptum  
 est. **Non** concupisces rem proximi tui.  
**Ex. 12.** **Mathei. 19.** **De** iniuria que pro  
 ximi ore vel facto illata est: ad iram mens  
 accenditur: audiat quod dicitur. **Non**  
 queres vltionem nec memoreris iniurie  
 cuius tuozū. **Leuit. 19.** **In** carnis concu  
 piscentiā male saucia mens acceditur: ne  
 sequatur ocul<sup>9</sup> mentē: audiat qd paulo su  
 peri<sup>9</sup> dictū ē. **Qui** viderit mulierē ad cō



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

cupiscendū eā: iam mechatus est eā in cor  
de suo. **Mat. 5.** Contra inimicū forsitā q̄s:  
q̄s aīn suū relaxare ponit in odio: audiat  
q̄d illic scriptū est. Diligite inimicos ve  
stros: bñfacite his q̄ vos oderūt. **Ibidē.**  
**Sed** is q̄ aliena iā nō rapit: adhuc forsitā  
sua inordinate retinet: audiat q̄d illis di  
citur. **Vendite que possidetis ⁊ date eleme  
ntum synā. Luce. 12.** Infirmatis animus per  
frui desiderat deo simul ⁊ seculo: audiat q̄d  
illic scriptū est. Nemo pōt duobus dñis  
seruire. **Mat. 6.** Alius nō ad necessitatē  
stipēdij: sed ad voluntatē desiderij posses  
sa retinet: audiat q̄d illic dicitur. Qui non  
renūciauerit oībus que possidet: non pōt  
esse meus discipulus. **Luce. 14.** Quidā  
em̄ relinquit oīa: multi aut̄ possidēdo res  
nūciant: qui sic ad vsum possessa retinent  
vt eis desiderio non succūbant. **Corpore**  
quicq̄ appetit: ⁊ labore subire p̄ dño etiā  
cū preualet refugit: audiat q̄d illic scriptū  
est. Qui mecum nō colligit: spargit. In  
collo ergo ecclesie idē in sacri eloq̄ij p̄di  
catiōe que p̄ sua munitiōe ⁊ altitudie tur  
ri dauid similis dicitur: mille clipei depen  
dēt: q̄ quot illic p̄cepta sunt: tot etiā pe  
ccatoris nostri munimīa. **Ad seruandā ita  
q̄ innocentia etiā lesi a primo perdura  
re in hūilitate festinamus: abel ante ocu  
los veniat: qui ⁊ occisus a fratre scribitur: ⁊  
nō legit reluctatus. **Gen. 4.** Mentis mū  
dicia etiā cū iugali copula eligit: enoch  
debet imitari: qui ⁊ in cōiugio positus am  
bulauit cū deo: ⁊ nō inueniebat: q̄ trāstu  
lit illū deo. **Gen. 5.** Precepta dei festina  
mus p̄senti nostre vilitati p̄ponere: noe  
ante oculos veniat: q̄ cura domestica post  
posita ex iussione oīpotentis dñi per cen  
tū annos ad arche fabricā vixit occupat.  
**Genes. 6.** Subire obediētie virtutē niti  
mur: aspicere abraā debemus: qui relicta  
domo: cognatōe: patriā: obediunt exire  
in locū quē accepturus erat in hereditatē.  
**Genes. 12.** ⁊ exiit nesciens quo iret: qui  
paratus exiit vt pro eterna hereditate di  
lectū quem acceperat occideret heredē.  
**Gen. 22.** Et quia vnici dño offerre nō di**

stulit: vniuersas multitudinē gentiū in se  
men accepit. **Adzum simplicitas placet:**  
isaac ad mentē veniat: quē in oīpotentis  
dei oculis vite sue tranquillitas ornauit.  
**Gen. 24.** Laboriosa fortitudo vt obtine  
re debeat querit: iacob ad memoriā dedu  
cat: qui postq̄ scijt fortiter seruire homi  
ni: ad eā quoq̄ virtutē deductus est: vt non  
potuisset a luctante angelo supari. **Gen. 31.  
et. 32. et. 29.** Conamur carnis illece  
brā vincere: ioseph ad memoriā redeat: q̄  
tentante se dña studijt carnis cōtinentiā  
etiā cū vite periculo custodire. **Gen. 39.**  
Ande factū est vt quia mēbra sua bene no  
uerat regere: regēde quoq̄ omni egypto  
p̄fesset. **Mansuetudinē atq̄ patientiā ob  
tinere querim⁹: moysen ante oculos de  
ducamus: qui exemplis paruulis ac mille  
ribus sexcēta milia armatorū regēs: mitis  
fuisse describitur super oēs hoīes qui habi  
tabāt super faciē orbis terre. **Ex. 12.** Re  
ctitudinis zelo p̄ra vicia accēdimur: p̄b  
nees aīe oculos deducat: qui coctus gla  
dio trāffigēs castitati populū reddidit: ⁊  
irā dei iratus placauit. **Ex. 25.** De spe  
oīpotentis dei p̄sumere in dubijs queri  
mus: ioseph ad memoriā reuocem⁹: qui dū  
dubia certamina certamēte subijt: ad vis  
ctoriā sine dubietate peruenit. **Deu. 34.  
et Josue. 3. 4. et. 8.** Jam mētis inimicitias  
punire cupimus: in benignitate ani  
mū dilatare. **1. Reg. 8.** samuel in cogita  
tiōe deducat: qui de principatu delectus  
a populo cū idē populus peteret vt p̄ eo  
dñs preces effunderet: respōdit dicens.  
Absit a me hoc peccatū in dño: vt cessem  
orare p̄ vobis. **1. Reg. 12.** Culpā quip̄  
pe vir sanct⁹ perpetrare se credidit: si eis  
quos aduersarios p̄tulerat vsq̄ ad delec  
tionē benignitatē gratie nō reddidisset  
in p̄ce. Qui rursus cū iubente dño mitte  
ret vt dauid vngeret in regē: respōdit.  
Nō vadam: inueniet em̄ me saul ⁊ occi  
det me. **1. Reg. 16.** Et tñ q̄ iratū deū ei  
dē sauli cognouerat: in tāto se luctu afflix  
erant vt ei per se dñs diceret. Quouisq̄  
tu saulē luges cū ego illū abieceri. **1. Den****



semus ergo eius animū quant' ardor charitatis in ceciderat: qui t' illū sebat a quo timebat occidi. **C**auere autem volumus quem time'm': sollicita nobis mēte p'sentem est ne si locū repimus: malū foras se p' malo reddamus ipsi quē fugimus. **P**aul' ergo ad memoriā redeat qui p'sequentem se regē t' inuenit vt potuisset occidere: t' tamen in ipsa fertēdi potestate posuit' elegit bonū qd ipse deberet facere, nō autem malū qd ille merebat patir' dicēs. **A**b sit a me vt mitā manū meā in ch'istū dō: minist. 1. Reg. 24. 2. 26. **E**t cum idē saul post ab hostibus fuisset interempt': eum quē p'secutorē dñi videret prulit: fleuit ocisum. 2. Reg. 1. **E**r'atibus huius mūdi portētib' libere loqui decernim': iohannis auctoritas ad animū reducat. qui herodis nequitia reprehendēs p' verbū recitidine occidi nō timuit. **L**uce. 5. **E**t qā xp'us veritas: ipse idē p' ch'istū q: p' veritate animā posuit. **M**ar. 6. **C**arnem tam nostrā p' deo ponere in mortē festinamus: **P**etr' ad mentē veniat. qui iter flagella gaudet: qui cesus principibus restitit. qui vitā suā p' vita despicit. **A**ct. 4. **C**ū mortis appetitū disponimus aduersa contēnere: paulus ante oculos deducit. qui non solū alligari: sed t' mori paratus p' ch'istū nō facit precioso' animā suā q' se. **A**ct. 20. **S**uccēdi cor nostrum igne charitatis querim': iohānis verba pensemus. cui' omē qd loquit' charitatis igne vaporat. 1. ioh. p' totā. **E**t ergo in voce sacri eloqui' cui' libet querim' munimen virtutis t' inuenim': mille clipei pendēt ex ea: ois armatura fortū. **L**ant. 4. **S**i enī pugnare cōtra spiritalia nequitie volum': in collo ecclesie que nobis sicut d'aulid turris erecta est: id est in diuino eloquio protectionis arma requiram'. vt ex discretionē precepti cōtra vitia sumat' virtus ad iutorij. **E**cce enī contra aeras portestates festinamus fortes existere: in hac turri armaturā nostre mentis inuenimus vt inde precepta cōditoris. inde sumam' exempla precedentū per que p'tra aduer-

sarios nostros inexpugnabiliter armemur. **N**ū enī quālibet virtutē subire appetis: t' hanc illic a patrib' iam impletā vides. ibi armaturā tuā inuenis: p' quā cōtra spiritalia bella muniaris. **D**ependēt i ea qd pe clipei. si q's pugnare appetit assumat. t' ex ea virtute pectus muniat. t' verborū iacula emittat. **E**t notandū quia edificata cū ppugnaculis suis dicit'. **H**oc quippe agūt ppugnacula qd clipei. qz vtraq' pugnante muniūt. **S**ed inter vtraq' distat. qz clipeos p' nostro munimine vbiq'q' volum' mouem'. **P**ropugnaculo at' defendi possum': s' hoc mouere nō possumus. **C**lipe' in manu tenet. nā ppugnaculus nō tenet. **Q**uid ergo inter ppugnacula t' clipeos distat: nisi q' in sacro eloquio patrum precedentū t' miracula legim': t' virtutes bonorū operū audim'. **I**bi nāq' cognoscim' q' ali' potuit mare diuidere. alius solē figere. ali' mortuū suscitare. alius paraliticū verbo erigere. vmbra egros curare. ali' per suā insam infirmantiū febrib' obuiare. **Q**ui tñ oēs t' patientie lōganimitate mites. t' zelo recitidine feruētēs fuerūt. verbū predicatiōe diuites: simul t' mīa largi. **H**ic itaq' q' vera de deo vixerint. restant miracula. qz talia p' illuz nō facerēt: nisi de illo vera nararēt. **E**t q' p'ij: q' humiles. q' benigni extiterit: eorū restant opationes. **S**i igit' de fide tentamur quā ex illo'ū pdicatione cōcepimus loquentiū miracula cōspiciamus. t' in fide quā ab eis accepim' cōfirmamur. **Q**uid ergo illo'ū miracula nisi nostra sunt ppugnacula. **Q**z t' muniri p' illa possumus: t' tñ hec i manu nostri arbitrij nō tenemus nā talia facere nō valem'. **C**lipe' vero i manu ē t' defendit. qz virt' patientie. virt' mīe precedēte nos gratia t' in ptāte est arbitrij: t' a piculo ptegit aduersitas. **T**urris itaq' n'ra cū ppugnaculis suis edificata est: in qua mille clipei depēdēt. qz scriptura sacra sub miraculis patrum iaculo aduersitatis abscondimur: 2. cōuersatiōis sancte munimina etiā in manu opis tenem'. **N**otandū vero q' limen porte vno calas



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mo mensuraf. Calamus autē in sex cubitis et palmo tendit. qz vitz in scriptura sacra doctrina pfecte opationis et inittū superne contemplatiōis inuenit. Sin vero porta hoc loco vnusquisqz predicator accipit: limen exteri⁹ in porta est vita actiua. limē vero interi⁹ vita contemplatiua. Per illā quippe ambulat in fide: p hāc vero festinat ad speciē. Illa exteri⁹ ducit vt vn⁹ quisqz bene viuere debeat. ista interius p ducit vt ex bona vita ad gaudia eterna ptingat. Nec nos hodie tractasse sufficiat. quia enī trāseuntes ad alia: diu p excelsu locuti sum⁹: ea que subiecta sunt lectioni alteri reseruem⁹: regandi per silentiū: sperantes in verbo: qd̄ vult et regnat cū patre in vnitae spūs sancti. Per omnia secula seculorum. Amen.

### Explicit omelia. XV.

**I**ncipit omelia. XVI. que exponit litterā in capi. XL. ab illa pte. Et mensus est vestibulum porte octo cubitorū. vsqz ad illā ptem in eodē capi. Thalami aut sex cubitorū erant hinc inde.

**U**tr cui⁹ erat spēs quasi spēs eris mēsus ē vestibulū porte octo cubitorū. et fronte ei⁹ duob⁹ cubitis.

**N**e hoc vestibulū extra portā esse crederemus: subditur.

**V**estibulū autem porte erat intrinsecus.

**Q**uid ergo p interi⁹ vestibulū nisi eterne vite latitudo signat. que mō inter angustias vite p̄sentis tā spe mēte p̄cipitur. De qua p psalmistā dī. Intrate portas eius in p̄fessione: atria ei⁹ in hymnis p̄fessionū. ps. 99. **E**t cū enī petā nostra p labyrinthos cōstemur: anguste vite portam ingredimur. S; cū post hec ad eternā vitā

pducimur: porte nostre atria in cōfessionū laudib⁹ intram⁹. qz ibi iam angustia nō erit: cū nos leticia eterne solēnitatis assumpsit. Propter cōfessionis nostre angustia veritas dicit. Intrate p angustam portā. Mat. 7. Et cū se psalmista recipere latitudine gaudia eterna p̄sumperat dicebat. Statuisti in loco spacioso pedes meos. ps. 30. Ad atrii ergo p portā tenditur. qz ad latitudine solēnitatis ptingitur ab angustia cōfessionis. Illa itaqz gaudia que apud dauid atria: apud Ezechielem vestibulū intrinsec⁹ vocatur. Unde et hoc ipsum vestibulū octo cubitis dicitur mensurati. Ibi enī omēs recipiēdi sunt q̄ nūc in exercitio operis laborāt: et ad eterna gaudia per cōtēplationis gratiam suspirāt. Nec immerito mēsurā vestibulū octo cubitis ponit. quia septem diebus vnusersum tēpus euoluitur. Eterna etenī dies que expletā septem dierum vicissitudinem sequitur: scilicet octaua ē. Unde etiā psalmista refurctionis diē considerans. quia de extremi iudicij distictione erat locuturus: p̄misit titulū: dicens in fine ps. dauid pro octaua. Et enī quā octauas diceret demonstraret: diē illā tremēdi terrois in psalmi inchoatione secutus est dicens. Nē ne in ira tua arguas me: neqz ī furore tuo corripas me. ps. 6. Modo enī quisquis p flagella corripit: et correptionib⁹ emendat in māsuetudine corripitur nō ī ira. In districto autē illo exāmie omnis argutio atqz correptio ira est. qz venia post correptionē nō est. P̄uius octonarij numeri causa ē qz post sabbatum dñs voluit a morte resurgere. Dies quippe dñicus qui terti⁹ est a morte dñice. a cōditio ne dierū numerat octauus: qz septimū sequitur. Unde et ipsa vera redēptiois nostrī passio et vera resurrectio: figurauit aliqd̄ de suo corpe in dieb⁹ passionis sue. Sexta enī feria passus est. sabbato quieuit ī sepulchro. dñica die surrexit a morte. Presens etenī vita nobis adhuc sexta est feria qz in doloribus ducit et in angustijs cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro



quiescimus quia requiem anime post corpus inuenimus. Dominico vero die vlt delicta a passione tertio: a conditione vt diximus octauo. iam corpore a morte resurgemus: et in gloria anime etiā cum carne gaudebimus. Quod ergo mire saluator noster fecit in se hoc veraciter significauit in nobis. vt nos dolor in sexta: et requies in septima: et gloria excipiat in octaua. Hinc per Salomonem dicitur. Partes septē necnon et octo. quia ignoras quid mali futurū sit super terraz. Eccl. 6.

Partes etenim septē simul et octo damus: quando sic ea que septē diebus enolunt disponimur: vt per hec. ad bona eterna veniamus. Et dum modo caute agis: post modum venientis tremēdi iudicij ira deuiteretur. Pro itaq; cubitos vestibulū mensuratur intrinsecus. quia per lucem que post septem dies sequitur: latitudo nobis eternitatis aperitur. Sed nemo ad illam venit: nisi qui hic dilectionē dei ac proximi deuota mēte tenuerit. Unde et subdit.

**Et frontē ei⁹ duob⁹ cubitis.**

Frons etenim porte est boni meritum vite presentis. Sicut enī vestibulū intrinsecus superna requies debet intelligi: ita p frontem porte necesse est qualitatē visibilibus vite signari. Frons ergo porte duob⁹ cubitis mensuratur. quia quisquis hic dilectionē dei ac proximi seruare studuerit: ipse ad eternitatis arrium pertingit. Vita igitur nostra vt duobus cubitis sit mensurata: tendi quotidie per charitatem debet in amorē dei simul et proximi. Non ē enim charitas vera si minus a duobus cubitis habet. Unde moyses cum per colores vestii electorum virtutes exprimeret in ornamento pontificis his tinctū cocco tubet adhiberi. Exod. 28. Quid namq; per cocco nisi charitas designatur: q̄ semper flamma amoris accendit. Sed cocco bis tingitur quando non solum ex amore dei: sed etiā proximi nostra charitas inflātur. Nā quisquis sic amat deum vt commisit sibi proximi curaz relinquat: adhuc in eo cocco semel tinctus est. Et quisq;

sic amat proximum vt minuat desideruz qd flagrare debet in deum: non est adhuc in eo color tincture geminatus. Debem⁹ ergo et amare eos cum quibus viuim⁹: et ad illum totis desiderijs anbelare in quo veraciter viuamus. Ecce enī ad fidem atq; ad audiendū verbum omnipotētis domini nos qui religioso induti habitu visdemur: ex diuersa mundi qualitate conuenimus: atq; ex dissimilibus iniquitatib⁹ in sancte ecclesie concordia congregati sumus. ita vt iam patenter factū esse videatur quod de promissioe ecclesie per Esaiam dicitur. Habitabit lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit. Esa. 11. Nam per sancte charitatis viscera lupus cum agno habitat. quia hi qui in seculo raptiores fuerunt cum mansuetis ac mitib⁹ in pace conquestescunt. Et pardus cum hedo accubabit. quia is qui peccatorū suorum maculis varius fuit: cum eo qui se despicit et peccatorū fatetur humilliare cōsentit. Ubi et subditur. Vitulus et leo et ouis simul morabuntur. Quia et is qui per contrarium cor ad quotidianum se deo sacrificium preparat. et alius qui tanq̄ leo ex crudelitate seuebat. et alter q̄ velut ouis in innocentie sue simplicitate perdurat: in caulis sancte ecclesie conuenerunt. Ecce qualis est charitas que per diuersitates mentium accenditur. cōcremat. conflatur. et quasi in vnam auri speciē reformat. Sed in eo q̄ se electi sic amant: ad illum necesse est vt festinent: quē eterno gaudio in celis videre mereantur. Unus est etenim dominus ac redemptor noster: qui et hic electorum suorum corda ad vnanimitatē ligat et ad supernum amorē per interna desideria semp stimulat. Unde et illic subditur. Et puer paruulus minabit eos. Ibidem. Quis iste est puer paruulus: nisi de quo scriptum est. Puer natus est nobis: filius datus est nobis. Qui simul habitantes minat: quia ne in terrenis rebus corda nostra inhereant: et hec per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsuz eius minare: est ad suum nos ad



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

more incessanter accendere: ne cum nos vltimissim diligimus mēte in hoc exilio remanemus: ne quies huius vite sic placeat ut ad obliuionē patrie perducatur: ne delectata mens propter torpeat. **Ande** et donis suis flagella promiserat: ut nobis omne quod nos in seculo delectabat amarescat: et illud incendiū surgat in animo quod nos semper ad celeste desiderium inquiete excitet: atque ut ita dicam delectabiliter mordeat: suauiter cruciet: hilariter cōtristet. **Puer** & nos paruulus minatur: quod is qui paulominus quā angeli minoratur: est per charitatē quā nobis tribuit: in hoc nos mūdo mentē figere nō permittit. **Bis** tinctus itaque in nobis coctus est: si et hic proximos nostros sicut nos diligimus: et ad auctore omnium cum ipsis quos diligimus festinamus. **Si** igitur vita nostra de perfecta charitate bis tingitur: frons in nobis porte duobus cubitis mensuratur. **Sive** igitur doctor: seu sacrum eloquium vel certe fides porte nomine signetur: in mensura vtriusque cubiti charitas nō inueniēter accipitur: quia et ille vera predicat: qui dei ac proximi amorē docet. **Et** ipsa est certa sciētia quā charitas edificat: et fides robusta est que se in dilectione dei ac proximi exercet. **Sequitur.**

**B** Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc: et tres inde: et mensura vna trium.]

**Quid** thalami: quid via orientalis designet ita superius diximus: nec replicare latius necessarium putamus. **Sed** querendum nobis est: quid est quod dicitur: tres hinc et tres inde? **Thalami** quippe iuxta viam orientalem sunt corda feruentium in amore dei. **Et** siue hi qui electi in testamento veteri fuerunt siue hi qui in testamento nouo secuti sunt: nimirum constat: quia omnes ex amore trinitatis accesserunt. **Neque** enim vere deum diligere: nisi eius est trinitatis que deus est gratiam nō acceperunt. **Iuxta** viam orientalem tres hinc et tres inde sunt thalami: quia dum inter veteres et novos patres dominus incarnari dignatus est: quasi in medio thala-

morū via orientalis apparuit: qui thalami ad veram speciemque trinitatis sunt cognitio ne decorati. **Sin** vero ad virtutes electorum eundem numerum referamus: tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid operari iam potest: saluari nō potest: videlicet fides: spes: charitas. **Et** quia eadem fides: spes: et charitas in antiquis patribus que in nouis doctoribus fuit: iuxta orientalem viam tres hinc et tres inde thalami describuntur. **Vel** certe quia tres patrum veterum distinctiones fuerunt: tres quoque nouorum sub gratia sequuntur. **Vetus** quippe populū habuit preses ante legem: ac deinde in lege: et postmodum prophetas. **In** nouo autem populo prius hebreorum primitie crediderunt: postmodum plebitudo gentium fidei secura est: ac deinde in fine seculi hebreorum reliquie saluantur. **Roma**. 9. **Quia** ergo incarnatio domini et eius periorum parte preses ante legem: patres in lege: atque ad extremum prophetas habuit: et ex posteriore fideles ex hebreis: fideles ex gentibus: ac postmodum hebreorum omnes reliquias collegit: orientalis via tres hinc: et tres inde thalamos habere memoratur. **Sed** hoc quoque nō inueniēter accipitur: si tres esse fidelium ordines dicamus. **Sive** namque in veteri seu in nouo testamento: alius est ordo predicantium: alius continentium atque alius bonorum coniugatorum. **Ande** et idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit: noe daniel et iob. **Ezechiel**. 14. in quibus videlicet tribus predicatores: continentes: et coniugati signati sunt. **Hanc** noe archam mundis rexit: atque ideo figuram rectorum tenuit. **Daniel** in aula regia abstinentie desideratus fuit: et iccirco vitam continentium signatus. **Iob** vero in coniugio positus: et curam domus proprie exercens placuit: per quem digne bonorum coniugatorum ordo figuratur. **Quia** ergo etiam ante mediatoris aduentum et predicatores et continentes ac boni coniugati fuerunt: qui eundem eius aduentum perstolarunt: et magna hunc sibi desiderij videre cuperent: et postmodum predicatores: continentes: ac boni coniugati sicut cernimus existunt. **Qui** redemptorem nostrum iam des-



deramus incarnatū: sed in maiestatis sue gloria cōtemplandū: orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habet: iuxta psalmiste vocē: qui de eadē via videlicet redēptore nostro dicit: In circuitu ei⁹ tabernaculū eius. ps. 17. Sed pensandum nobis est sollicita intentioe quod dicitur quia mensura vna triū. Cum em̄ longē sit a continētibus ⁊ tacētibus excellētia predicatoꝝ: ⁊ valde a cōiugatis distet eminētia continētū: quid est q̄ vna mēsurā dicitur triū? Cōiugati quippe quāuis ⁊ bene agāt: ⁊ omnipotentē deū videre desiderēt: domesticis tamen curis occupant: ⁊ necessitate cogēte in virosq; mētē dīuidit. Continētēs autē ab huius mūdi actione remoti sunt: ⁊ voluptatē carnis etiam a licito cōiugio res nūc gūt: nulla cōiugis: nulla filioꝝ cura: nullis notis ac difficilibus reifamiliaris cogitatioibus implicant. Predicatoꝝ vero nō solū se a vicijis coercēt: sed etiā alios peccāte p̄bibeant: ad fidē ducūt: in studio bone cōuersationis instruunt. Quomō ergo vna corū mensura est: quoz vite equalitas vna nō est? Sed mēsurā vna triū est: quia est in eis meritoꝝ magna est diuersitas: tamen distātia in fide in qua tendunt nō est. Hā eadē fides que istos solidat in maximis: illoꝝ infirmitatē continet in paruis. Mel certe triū vna mēsurā est: qz in retributione vltima quāuis eadē dignitas omnibus nō sit: vna tamen erat omnibus vita beatitudinis. Unde per semetip̄m dñs dicit: In domo patris mei māssiones multe sūt. Iobis. 14. Sed tamē qui in ea ducti sūt: quāuis in diuersis horis venerint: vnum denariū percēperūt. Quia itaq; ratioe cōueniant māssiones multe cū vno denario: nisi quia diuerse quidē beatoꝝ ciuium dignitates erūt: sed tamen vna requies eterne retributionis? Nam ⁊ si dispar erit mēsurū singuloꝝ: non erit diuersitas gaudiorū: quia ⁊ si alter minus: atq; alius amplius exultat: omnes tamen vnū gaudium de cōditōis sui visio letificat. Hoc quoq; est siue de veteribus seu de nouis patri

bus sentiendū: quia orientalis via cū tres hinc ⁊ tres inde thalamos habet: mensura vna triū est: quoniam ipsa fides atq; ip̄m meritū tenuit corda precedentū: que res pleuit corda sequentiū sub testamēto nouo positoꝝ: sicut ⁊ per paulū dicit: Habētes autē eundē spiritū fidei. 2. Corint. 4. Sicut scriptū est. Credidi p̄pter quod locutus sum. ps. 119. Et nos credimus propter q̄s ⁊ loquimur. Spiritales quippe illi patres omnipotentē deū trinitatē ita esse crediderunt: sicut eandē trinitatē noui patres aperte locuti sunt. Esaias nāq; audiuit angelica agmina in celo clamātia. Sanctus: sanctus: sanctus dñs deus sabaoth. Esai. 6. Et em̄ personaz trinitas monstraret tertio sanctus dicit: Sed vt vna esse substātia trinitatis appareat: nō dñi sabaoth: sed domini sabaoth esse perhibet. Quod dauid quoq; sentiens ait: Benedicat nos deus de⁹ noster: benedicat nos deus. ps. 66. Qui tertio dixisset deus: vt vnū esse hūc ostenderet: subdit. Et metuāt eum omēs fines terre. Paul⁹ quoq; loquitur dicens: Quoniam ex ip̄o: et per ip̄m: ⁊ in ip̄o sunt om̄ia. Romān. 12. Ex ip̄o videlicet: ex patre. Per ip̄m: per filiū. In ip̄o autē: in spiritū sancto. Quē ergo ip̄m cū tertio dixisset: adiunxit. Ip̄s gloria in secula seculozū amen. Qui em̄ nō dixit: ip̄s sed ip̄s: dicens ter ip̄m dīstinxit p̄ p̄sonas. Et subiūgendo: ip̄s gloria nō diuisit substātiā. Quia itaq; vna est veterē ac nouoz patrū fides: recte thalamoz describit mēsurā vna triū. Quē verbis alijs replicat cū subdit.

[Et mensura vna frontū.]

Ex vtraq; em̄ parte est mensura frontū quia patres nostri vel prius a veteri: vel nunc a nouo testamēto venientes: in vna mediatoꝝ fide cōueniūt. Qui pro eo q̄ charitate pleni sunt: carnē suam abstinentia edomant: corda audientū predicationis lumē illustrāt: signa faciūt: virtutes operant. Per hoc quod eoz bona nobis foris innotescūt: non immerito bui⁹ cele



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

stis edificij frontes vocant. Omne enim quod nunc in aperto ostendit frons est: ut illud sit vestibulum edificij: quod nobis interius reservatur. Unde et sancte ecclesie in cantico canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici gene tue absque occultis tuis. **Canti. 6.** Bene quippe sunt sancte ecclesie spiritales patres: qui nunc in ea miraculis conflagrant: et velut in eius facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere: ventura prophetare: minus dum perfecte relinquere: celestibus desiderijs ardere: sicut cortex mali punici sancte gene rubent. Sed quid istud omne quod miramur in illius rei comparatione de qua scriptus est. **Isaie. 64.** Quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in corda hominis ascendit: que preparavit deus diligentibus se. **1. Corinth. 12.** Bene ergo cum miraretur genas ecclesie: subdidit. Absque occultis suis. Ac si aperte diceret. Ea quidem que in te non latent magna sunt: sed illa valde ineffabilia que latent. Sequitur.

**Et mensus est latitudinem liminis porte decem cubitorum: et longitudinem porte tredecim cubitorum.]**

**M**ulta superius de porte significatione iam diximus. Sed vnum tenere aliquid debemus per quod possit et cetera lectoris prudentia penetrare. Dicitur quippe est: per portam scripturam sacram posse figurari. Sed hoc nobis modo laboriose discutendum est: cur latitudo liminis porte decem cubitis: et longitudo porte tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo porte altitudo dicitur: sicut nos longitudo stature dicimus: quem altum videmus. Nam longitudo porte dici in transverso non potest: cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis porte: nisi lex testamenti vete-

ris fuit: et longitudo porte: nisi gratia testamenti novi? Quia videlicet scriptura sacra dum per testamentum vetus criminosa operum compescuit dare decimas precepit: quasi per mandata humilia in luminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum novum cogitationes pravas coercuit: derelinqui omnia: et pro deo vitam corporis iussit cum presenti seculo despici: quasi porta nostra in longitudo altitudine surrexit. Minora quippe precepta israelitico populo per legem date sunt. Unde et eisdem populo moyses in campo locutus est. **Exodi. 19.** Altiora dominus sanctis apostolis vedit. **Mathei. 5.** Unde et eisdem mandatis vite in monte docuit. Dum vero redemptor noster per euangelium dicit: Nolite putare quoniam veni solvere legem: aut prophetas: non veni solvere sed adimplere. Ibidem. Adimplere enim venerat legem: qui legis iusticie gratiam addidit: ut quod illa iubeat in minimis ipse perfici adiuvaret in sumis. Et quod illa coercerat ab opere: ipse refecit a corde. Intellecta ergo lex que in latitudine iacuit: in altitudine surrexit. Ita enim dei cognitio que apud illam in spiritualibus patribus fuit: nota omni hebreorum populo non fuit. Nam omnipotentem deum: sanctam videlicet trinitatem cum propheta predicarent populus ignorabat: solum decalogum tenebat in fide: legem trinitatis nesciens. Mensuretur ergo latitudo liminis porte decem cubitis. Et quia durus ille populus subtilitatem fidei ignorans: mandatis serviebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo porte tredecim cubitis: quia per testamentum novum in corde fidelis populi sunt per mandata decalogi quem verius custodit cognitio trinitatis crevit. Et cum mandata legis perficit: trinitatem esse omnipotentem dominum credidit. **Abi** et queri rationabiliter potest: cur istam latitudinem liminis porte quas superius dixerat vno calamo mensurari: inferius subijcit:



¶ decem cubitis mensuretur: ac deinde  
 subditur: q̄ longitudo porte tredecim sit  
 cubitis mēsurata: vnus etenim calamus  
 tam sicut sepe dictum est sex cubitos ha-  
 bet ⁊ palmū: decem vero cubiti iam men-  
 suram suam calamū tenent: tredecim ve-  
 ro amplius q̄ decem. Quid est ergo q̄  
 prius vno calamo limen porte: postmo-  
 dum latitudo eius decem cubitis: ad ex-  
 tremum quoq; longitudo porte trede-  
 cim mensuratur: nisi q̄ sancti Patres  
 quos per sacram scripturam ante legem  
 fuisse cognoscimus: vnū quidem omnipo-  
 tentē deū sanctam videlicet trinitatē es-  
 se nouerūt: sed eandem trinitatem quam  
 cognouerunt aperte minime predicauerunt:  
 qui eius iussionibus obediētes ⁊ vi-  
 te mūdicā conferuantes quasi in sex cu-  
 bitis calami habuerūt perfectionem ope-  
 ris: ⁊ sepe angelos videntes habuerunt  
 palmū contemplatiōis. Data autem lege  
 rudus ille hebreorum populus mandata  
 decalogi seruari conatus est: sed tamen  
 de cognitione sancte trinitatis eruditus  
 non est. Et quamuis hanc spiritalis pa-  
 tres perfecte cognouissent: multitudo ta-  
 men synagoge nec inuenire mysteriū tri-  
 nitatis potuit: nec querere scilicet. Super  
 uentente autem gratia per testamentū no-  
 uū: omnis fidelis populus vnū deum tri-  
 nitatem esse cognouit: ⁊ virtutem decalo-  
 gi eius agnitioe compleuit. Prius ergo  
 limen porte mēsuretur calamo vno: post-  
 modum latitudo eius cubitis decem: at-  
 q; ad extremū lōgitudō porte cubitis tre-  
 decim: quia ⁊ sanctis patribus ante legē  
 actiua et contemplatiua vita non fuit: et  
 sub lege decalogi populus diuine substā-  
 tie mysterium nesciens in mandatorū la-  
 titudinē seruiuit. Et nunc sub gratia cu-  
 stoditis verius decalogi preceptis omnis  
 qui ad fidem venerit: sancte trinitatis sa-  
 cramenta cognoscit. Qua in re hoc quo-  
 q; nobis sciendum est: quia et per incre-  
 menta temporum creuit scientia spirita-  
 lium patrum. Plus namq; Moyses q̄

abraham: plus prophete q̄ moyses: plus  
 apostoli q̄ prophete in omnipotentis dei  
 scientia eruditi sunt: fallor: si hec ipsa scri-  
 ptura non loquitur. Pertransibunt plus  
 rimi: ⁊ multiplex erit scientia. Danie. 12.  
 Sed hec eadem que de abraham moyses  
 prophetis et apostolis diximus: ex eius-  
 dem scripture verbis si possumus: ostēda-  
 mus. Quis enim nesciat quia abrahā  
 cum deo locutus est: ⁊ tamen ad moysen  
 domin⁹ dicit: Ego sum deus abrahā: de-  
 us ysaac: ⁊ deus iacob: ⁊ nomen meū ado-  
 nay nō indicaui eis. Exod. 6. Ecce plus  
 moysi q̄ abrahā innotuerat: qui illud de  
 se moysi indicat quod se abrahā non indi-  
 casse narrabat. Sed videamus si prophe-  
 te plus q̄ moyses diuinam scientiam ap-  
 prebendere poterunt. Certe psalmista  
 dicit: Quomodo dilexi legem tuam do-  
 mine: tota die meditatio mea est. ps. 118.  
 Atq; subiunxit. Super omnes docentes  
 me intellexi: quia testimonia tua medita-  
 tio mea est. Et iterum. Super seniores  
 intellexi. Ibidem. Qui ergo legem me-  
 ditari se memorat: et super omnes docen-  
 tes se: ac super seniores intellexisse testa-  
 tur: quia diuinam scientiam plusquā moy-  
 ses acceperat: manifestat. Quomodo au-  
 tem ostensuri sum⁹: quia plus sancti apo-  
 stoli edocti sunt q̄ prophete? Certe veris-  
 tas dicit: Multi reges et prophete volu-  
 erunt videre que videtis: et audire que  
 auditis: sed non viderūt. Luce decimo.  
 Plus ergo q̄ prophete de diuina scientia  
 nouerunt: quia quod illi solo spiritu  
 viderant: ipsi etiam corporaliter videbāt.  
 Impleta itaq; est ea quam superius dixi-  
 mus danielis sententia: quia pertransi-  
 bunt plurimi: et multiplex erit scientia.  
 Daniel. 12. Mensura ergo calami qui est  
 sex cubitorum et palmo ducatur ad cubi-  
 tos decem: et mensura decem cubitorum  
 ad extremum surgat in tredecim. Quia  
 quanto mundus ad extremitatem duci-  
 tur: tanto nobis eterne scientie adit⁹ lar-  
 gius aperitur. Sequitur.



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**Et marginez ante thalamos cubiti vnus.]**

**S**icut sepe diximus: thalamus corda electorum sunt omnipotentis amoris feruentia. quod per marginem ante thalamos: nisi fides exprimitur? **Q**uod non prius ipsa teneat. nullo modo ad spiritalem amorem peruenit. **N**on enim charitas fide: sed fides charitate procedit. **N**emo enim potest amare quod non crediderit. **M**argo itaque est ante thalamos: fides ante ardorem charitatis. **S**icut dicitur est nisi ea que audis credideritis: ad amorem eorum que audieris nullatenus inflammamini. **S**ed margo ante thalamum cubiti vnus est. quod tunc fides corda audientium in amore copulat quam per errores et scismata diuisa non est: sed in vnitatem perducit. **E**t videlicet margo vnus cubiti audientium animam ad thalamum perducit: qui celestis spiritus specie quam hic predicat: postmodum in celestibus demonstrat. **U**bi et bene subdit.

**Et cubitus vnus finis vtriusque.**

**U**triusque autem dicitur: ac si dicat vtriusque. **P**er latitudinem quippe liminis et longitudinem porte: vetus ac nouum testamentum diximus designari. **A**d extremum vero addit quod cubitus vnus sit finis vtriusque. quod videlicet et testamentum vetus vnum nobis mediator dei et hominum nunciavit. et testamentum nouum eundem nobis nunciat in eterna claritate venturum. quem iam pro nobis cognouimus incarnatum. **C**ubitus ergo vnus vtriusque est. quod et que lex. predixit in carne apparuit. et ipse quem nunc testamentum nouum loquitur in gloria maiestatis apparebit. **E**t tunc vtriusque finis erit: cum visus in diuinitatis sue potentie omnia que sunt predicta compleuerit. **S**criptum namque est. **F**inis legis Christus ad iustitiam crediti. **R**om. 10. **F**inis videlicet non qui consumit: sed qui perficit. **T**unc enim legem perficit: cum sicut lex pre-dixerat incarnatus apparuit. **S**ed adhuc de eius iudicio multa nouum testamentum loquitur. adhuc multa de regno illius narrat que necdum videntur impleta. **E**cce quo

quod die euangelium legit. ventura predicant. **T**unc ergo erit et nouum testamentum finis: cum et que de se promissum compleuerit. **F**iniet veterum testamentum nouum quod perficiet. **N**am cum ipse de quo loquitur visus fuerit: eiusdem testamentum verba cessabit. **U**nde et sancte ecclesie veri luminis die quasi tempus veniale prestolanti per sponsi vocem dicitur. **S**urge propterea amica mea. columba mea. formosa mea et veni. **I**am enim hiemps transiit: imber abiit et recessit. flores apparuerunt in terra. **C**ant. 2. **S**icut enim sancta ecclesia seu vnaquęque electa anima. celestis sponso est amica per amorem. columba per spiritum. formosa per morum pulchritudinem. **Q**ue cum iam de corruptione carnis ducitur: et perculdubio hiemps transit. quia presentis vite torpor abcedit. **I**mbres quoque abiit et recessit. quod cum ad contemplandum in sua substantia omnipotentis dei educitur: iam verborum gutte ne cessarie non erunt: ut pluuia debeat predicationis infundi. **N**am quod minus audire potuit: amplius videbit. **T**unc apparet flores in terra: quia cum de eterna beatitudinis vita quedam suauitatis primordia pre-gustare anima ceperit: quasi iam in floribus odorata erit. **Q**uod postquam egressa fuerit: in fructu uberius habebit. **U**nde et illic subditur. **T**empus putationis aduenit. **I**bidem. **I**n putatione que per sarmenta sterilia reciduntur: ut ea que prevalent uberius fructum ferant. **R**ostre itaque putationis tempus tunc aduenit: quando infructuosam ac noxiam corruptionem carnis deserimus: ut ad fructum anime peruenire valeamus. **Q**ui fructus nobis erit uberimus: visio vnus cubitus. **E**rgo vnus est finis vtriusque. quia vnus est ille qui dixit. **S**ingulariter sum ego donec transeam ps. 140. **Q**ui solus cum patre et sancto spiritu presidet in celo: sicut passer vnus in edificio. **Q**uem admodum impleuit legem per mysterium incarnationis et perfecte humanitatis sue: ita testamentum eius nouum promissa impleturus est per ostensam gloriam claritatis sue. **H**unc vnum nobis cubitum mensura quoque archę



locuta est. Archa enim que trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est: sexaginta vero latitudine: triginta autem in altitudine: in vno est cubito cōsummata. Quid enim per archā nisi sancta ecclesia figurat, que inferius ampla est: superius angusta? Que a trecentis et sexaginta ac triginta cubitis ad vñū cubitū colligit: quia latitudinē quā sancta ecclesia in mēbris suis adhuc infirmātibz habet: paulisper angustata et in altū p̄ficiēs ad vñū tendit. Ipa enim ratio erigit vt credam⁹ q̄ in illa archē latitudine omnes bestie: cūcta quadrupedia atq; reptilia in inferiorib⁹ fuerūt. Homo vero atq; volatilia nimirū in superiorib⁹. Iuxta superiorē etem partē fenestra fuit in latere: de qua coruū vel columbā dicitur sit homo: vt si iā diluuij trāsisset aqua cognosceret. Et q; archa eadem in vno fuit cubito cōsummata: homo et volatilia iuxta cubitū fuerūt. Recte itaq; per archā vniuersa ecclesia designat: que adhuc in multis suis carnalib⁹ lata est: in paucis spiritalibus angusta. Et quia vñū hōiem qui est sine peccato colligit: quasi in vno cubito cōsumat. Videmus etem multos intra eiusdē sancte ecclesie sinū in superbia erigi: in carnis voluptate dissolui: ac q̄rēdis terrenis reb⁹ inbiare: impetrāte auaricia mare transire: deseruire iracūdiē: iurgijs vacare: p̄cios quos p̄ualēt ledere. S; q; eos adhuc sancta ecclesia tolerat vt cōuertat: quasi in archē latitudine deorsuz bestie morant. Videmus alios iā aliena nō querere: illatas iniurias equanimiter portare: rebus p̄p̄ijs esse contentos: humiliter viuere. Sed quia isti iam pauci sunt angustat archa. Alios autē cōspicimus etiā possessa relinquere: nullū terrenis rebus studiū dare: inimicos diligere: carnē a cūctis voluptatibus domare: mot⁹ omnes sub ratiōis iudicio premere: per celestes desiderijs contemplatiōis pennas subleuare. Sed q; tales quiq; valde rari sūt: in archa iuxta cubitū ducunt vbi homines et volatilia cōtinent. Quera tamen siq; in eis esse valeat sine peccato: et nullus in

uenit? Quis itaq; homo sine peccato est nisi ille qui in peccato natus non est? In vno ergo cubito cōsumat archa: q; vñū est auctor et redemptor sancte ecclesie sine peccato: ad quē omnes proficiūt qui se esse peccatores nouerūt. Dicat itaq; de lamine et porta. Et cubitus vnus finis vtrūq;. Quia cum vnus mediator dei et hominū x̄pus Iesus in maiestate sua apparuerit: omnia vtriusq; testamēti que predicta et p̄missa sunt compleuit. Sin vero vtraq; hoc loco marginē ac thalamos memorat: neq; hoc ab hac sententiā abhorret: quia cū maiestas redemptoris nostri fuerit offensa finit fides: cū iam ceperit videre homo qd̄ credit. Et ad finem suū perueniūt thalami: quia corda fidelium incomparabiliter longe q̄ modo sunt in amore illius perficiunt. Cubitus ergo finis vtrūq; est: quia vnus domini et saluatoris visio in electis suis fidem finit: et charitate perficit. Considerare libet: qui nos sumus qui ista tractamus. Certe ex gentib⁹ venimus: certe parētes nostri lignoz ac lapidum cultores fuerūt. Unde ergo hoc nobis: vt (ea quoq; que nūc vsq; hebrei nesciūt) ezechielis p̄phete tam p̄funda mysteria rimemur? Agamus ergo gratias toto desiderio vni: qui cūcta que de eo in sacro eloquio scripta sunt opere impleuit: vt que intelligi audita nō poterat: visis panderent. Ibi quippe incarnatio: ibi passio: ibi mors: ibi resurrectio: ibi ascensio illius continet. Sed quis nostrū hec audita crederet: nisi facta cognouisset? Signatū ergo libz sicut in iohānis apocalypsi legit: quē aperire et legere nemo poterat: leo de tribu iuda aperuit. Apocal. 5. quia omnia eius nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patecēt. Et per hoc q; firmitatis nostre mala pertulit: sue nobis potētē et claritatis bona monstrauit. Caro enim factus est vt non spiritalis faceret: benigne inclin⁹ est vt leuaret: exist vt introduceret: visibilis apparuit vt invisibilia mōstraret: flagella pertulit vt sanaret: opprobria et irrationes sustinuit vt



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ab opprobrio eterno liberaret: mortu<sup>9</sup> est  
vt viuificaret. **A**gam<sup>9</sup> ergo gratias viuifi-  
ficati & mortuo: & ideo amplius viuificā-  
ti: qz mortuo. **E**n<sup>9</sup> hñ salutē nostrā & pas-  
sionē illius esaias cōtemplatus ait: **E**t fa-  
ciat opus suū: alienū est opus eius: vt ope-  
ret<sup>9</sup> opus suū: peregrinū est opus eius ab  
eo. **Isa. 27.** **O**pus etenim dei est animas  
quas creauit colligere: ad eterne lucis gau-  
dia renouare. **Flagellari** autem atqz ipu-  
ris liniri: crucifigi: mori: atqz sepeliri nō  
hoc in sua substatia opus dei est: sed opus  
hōis peccatoris: qui hec omnia meruit  
per peccatū. **Sed peccata nostra ipse per-  
tulit in corpe suo super lignū. i. Petri. 2**  
**Et qui in natura sua ante semp in cōpre-  
hēnsibilis: in natura nostra cōprehendi di-  
gnatus est ac flagellari: nisi ea que erant  
infirmi tatis nostre susciperet: nunq̄ nos  
ad sue fortitudinis potentiā subleuaret.**  
**Unde ergo faciat opus suū: alienū opus  
eius: & vt operet<sup>9</sup> opus suū: peregrinū est  
opus eius ab eo: quia incarnatus de<sup>9</sup> vt  
nos ad suā iusticiā colligeret: dignat<sup>9</sup> est  
pro nobis tanq̄ peccator homo vapulare  
Et alienū opus fecit vt faceret propiu<sup>9</sup>:  
quia per hoc qz infirmās mala nostra sus-  
tinuit: nos qui creatura illius sumus ad  
fortitudinis sue gloriā perduxit. **In qua  
viuit & regnat cū patre in vnitate spūsan-  
cti: per oīa secula seculorū. Amen.****

### Explicit Omelia. XVI.

**I**ncipit Omelia. XVII. que  
exponit litterā capituli. XL. ab  
illa parte: **Thalami autem sex  
cubitorum erant hinc inde: vsqz  
ad illam partem in eodem capi-  
tulo. Et eduxit me ad atrium  
exterius.]**

**M**emoratis superius thalamis  
ppheta subiūgit: quia thalami  
sex cubitoꝝ erant hinc & inde.  
**Qua in re magna nob̄ questio  
generat<sup>9</sup>: cur superius thalamū vno cala-  
mo mensuratū dixit: quē videlicet cala-  
mū sex cubitos & palmū habere perhibus-  
it: atqz inferius thalamos sex solūmodo vi-  
dit cubitis mēsurari? Si enī non ealamos  
sed sex cubitis mēsurant<sup>9</sup>: palmus deest  
qui superius in mēsurā calami dicebat<sup>9</sup> ad  
esse. **Sed si thalami sunt sensus atqz cogi-  
tatiōes fidelū: in quibus caste ante cōdis-  
torū suo in amore iungunt<sup>9</sup>: & per sex cubi-  
tos perfecta operatio: per palmū vero in-  
choatio cōtemplatiōis exprimit<sup>9</sup>: sancte  
vniuersalis ecclesie debemus mēbra aspici-  
cere: & citius inuenim<sup>9</sup> qz sunt in ea tha-  
lami vno calamo: & sunt alij sex tantūmo-  
do cubitis mēsurari. **nam fideles quidā  
in illa oīpotentē deū ita amāt: vt in ope-  
re perfecti sint & in cōtemplatiōe suspēsi:  
hi pfecto calamū in mēsurā habēt: qz et  
sex cubitos operatiōis & palmū cōtempla-  
tiōis possident. **Quidā vero oīpotentē  
quidē deū diligūt: & perfecte in bōis ope-  
ribus exercēt<sup>9</sup>: sed tamen cōtemplari ei<sup>9</sup>  
magnitudinē subtiliori intellectu nesciūt  
Amant autē: sed inuestigare gaudia eius  
claritatis ignorāt: hi itaqz sex cubitos ha-  
bēt & palmū nō habēt: quia ei iā per amo-  
rem iuncti sunt: sed ex cōtemplatiōe disun-  
cti. **Qui tamē thalami post cōmemoratio-  
nē cubiti vnus hinc & inde esse referunt<sup>9</sup>:  
quia videlicet in amore auctoris ac redē-  
ptoris nostri fideles ante & ex iudaico po-  
pulo & ex gentilitate cōuenērūt. **Et An-  
de & idē redemptor noster cum a seculo se-  
dens hierusalē tenderet (sicut euāgelista  
testat<sup>9</sup>) multi vestimenta sua strauerūt in  
via: alij autē frondes cedebāt de arbori-  
bus & sternerāt in via: & qui preibant & q̄  
sequebant clamabāt vicētes: **Sianna be-  
nedictus qui venit in nomine dñi. Marcū  
11. Matth. 21. Luce. 19.** **Saluator etenim  
noster a seclū sedens hierusalē tendit: quā-  
do vnusquisqz fidelis antea regēs videt**************



et iumentū suū: ad pacis intīme vīssōē ducit. Iumentū sedet etiā cum sancte ecclesie vniuersaliter p̄sīdet: eamq; in superne pacis desiderio accendit. Multi autē vestimēta sua in via sternūt: quia corpora sua per abstinentiā domāt: vt ei iter ad mentē parent: et exempla bona sequētib⁹ prebeant. Alij autē ramos vel frondes de arboribus cedūt et sternūt in via: quia in doctrina veritatis verba atq; sentētiās patruz ex eoz eloquio serpunt. Et hec in via dei ac laudatoris animū venētes: humili peccatiōe submitunt: quod indigni quoq; et nos mō facimus. Nam cū patrū sentētiās in sermone exhortatiōis assumim⁹: frōdes de arborib⁹ cedim⁹: et has in via dei omnipotentis domini sternim⁹. Sed qui prebāt et qui sequebant̄ clamabāt: osanna. Precessit ip̄pe iudaeus populus: secutus est gentilis. Et q; dēs electi siue qui in iudea esse potuerunt: siue qui nūc in ecclesia existūt: in mediatorē dei et dominūe crediderūt et credunt: qui precessit et qui sequitur: osanna clamāt. Osanna autem latina lingua salua nos dicit. Ab ip̄o enim salutē et priores quesierūt: et presentes querūt: et benedictum qui venit in nomine domini consistētē: quoniam vna spes: vna fides est: precedentū atq; sequētium populozū. Nam sicut illis peccata passione ac resurrectiōe eius sanata sunt: ita nos preterita passione illius: ac permanenti in secula resurrectiōe saluamur. Quem em̄ priores nostri ex iudaico populo crediderunt: atq; amauerūt venturum: hūc nos et venisse credimus et amamus: eiusq; desiderio accēdimur: vt cum facie ad faciem cōtemplemur. Thalami ergo eius hinc et inde sunt: q; corda amātiū fidem que in illo est: et a prioz parte seculi et ab vltima cōplectunt. Sequit̄.

**[Et mensus est portam a tecto thalami vsq; ad tectum eius latitudinem viginti et quinq; cubitorum.]**

**S**epe iam diximus portam fidem: et per eandem fidem ip̄m dominū ac redemptorem nostrū mediatorē dei et hominū Ihesum xp̄m posse signari: quia per fidem que in eo est: introitus ad fidem patet. Sed etiam scripturam sacram que nobis eandem ip̄am fidem in redemptiois nostri intellectū aperit: nō immerito portam accipimus: quia ea vt oportet cognita: ad intelligenda inuisibilia intramus. Si igitur hoc in loco vt diximus portam scriptura accipitur: querendū est quid per tectum thalami: quid per tectum portae signetur. Sed habet thalam⁹ tectum: quia aperta est mens amātiū: et adhuc feruor amoris in occulto est. Habet quoq; et porta tectum: quia scriptura tota quidem propter nos scripta est: sed non intelligitur a nobis. Multa quippe in illa ita aperta sunt vt pascāt paruulos: quedam vero obscurioribus sentētijs vt exerceant fortes: quaten⁹ cū labore intellecta plus grata sint. Nonnulla autē ita in ea clausa sunt: vt dū ea non intelligimus: agnoscentes infirma nostre cecitatis: ad humilitatem magis q̄ ad intelligentiā proficiamus. Sunt em̄ quedam que ita de celestibus loquūtur: vt solis illis supernis ciuib⁹ in patria sua persistētibus pateāt nec dūq; nobis peregrinātib⁹ referant. Nam si quis ad urbem incognitam peregrinus: multa de illa in via audiat: quedam quidem ex ratioē colligit: quedam vero quia necdū videt nullo modo cognoscit: ip̄i vero ciues qui in ea sunt: et que de illa tacentur vidēt: et que de illa dicuntur intelligūt. Nos igitur in via adhuc sum⁹: multa de illa celesti patria audimus: aliam per spiritū et rationem intelligimus: quedā vero nō intellecta veneramur. An de et de eodē sacro eloquio scriptū est. Extendēs celū sicut pellē: qui regis in aquis superiora eius. ps. 103. Celum quippe sicut pellis extendit: quia per oza mortalū scriptura sacra nobis in expositiōibus explicat. Sed sunt aque in celo superiores videlz multitudines: id est angeloz agmī



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

na: in quibus eiusdē celi tegunt superio-  
ra. quia ea que in sacro eloquio altiora et  
obscuriora sunt. angelicis solūmodo spiri-  
tibus parent: et nobis adhuc incognita p-  
durant. Habet ergo thalamus tectum. qz  
nescit adhuc proximus qruz amatur a p-  
ximo. Porta quoq; id est sacrum eloqui-  
uz habet tectū. quia necdum omnia pene-  
trare intellectu possūmus que de celesti-  
bus audimus. Restat ergo vt in his que  
intelligimus: in profectu quotidie chari-  
tatis ambulemus. Et quāuis in nobis p-  
ximi quoq; nostri non videāt qstum dili-  
gantur a nobis: atq; in sacro eloquio ea q̄  
necdum intelligimus humiliter venera-  
mur. in his tamen ad que intelligēdo per-  
uenimus: dilatarī per bonā opationē de-  
bemus. Unde et dicitur.

**¶ Et mensus est portam thala-  
mi vsq; ad tectum eius latitudi-  
nem viginti et quinq; cubitoꝝ.**

**¶** Quinq; enī carnis sensibus pediti su-  
mus. videlicet visu. gustu. olfactu. audi-  
tu. atq; tactu. Hisdē vero quinaris nu-  
merus per semetipsum multiplicatus ad  
vicesimū et quintū numerū surgit. Opera-  
ri autem exterius quiddā de mādatis ce-  
lestibus sine istis corporeis quinq; sensi-  
bus nō valemus. His quippe officijs su-  
is iudex animus interius presidet. et quid  
exterius agere iuste v̄l misericorditer pos-  
sit: quasi eiusdē officijs renunciantibus ac  
deseruentibus agnoscit. Cuz ergo timore  
omnipotētis domini anim⁹ implet: neces-  
se est vt quinq; nostri sensus nobis velut  
subiecta officia in bona opatione deserui-  
ant. Per quos cum aliquid agere miseri-  
corditer ceperim⁹: pl⁹ se quotidie ip̄a mi-  
sericordia apit: et quasi quidaz sinus boni  
operis expādit. Quinq; igit sensus mul-  
tiplicāt in se vñ hoc quod per ipsos agi-  
tur in bono quotidie opere per profectuz  
multiplicat. Unde et latitudo esse viginti  
et quinq; cubitoꝝ dicitur. quia timor te-  
nacia et pigredo angustia est. Quisquis  
enī ideo indigenti dare panē metuit ne si-

bi desit: adhuc ī angustia timorē ē. Quis-  
quis igitur vestimentū argenti non porri-  
git: quis hoc solus habere concupiscit: ad-  
huc tenacie sue angustia coartat. Quis  
quis ideo bonuz nō agit quia torpore ani-  
mi torpescit: ipse ei suus torpor angustia  
est. Respicere autē inopem exaudire pre-  
cem. largiri stipem. prebere defensionem  
atq; pro eiusdē defensione paupis aduers-  
santis cuiuscūbet inimicitias non timere:  
magne mentis latitudo est. Mensuretur  
ergo inter thalamū et portā ea que iter est  
latitudo cubitis viginti et quinq;. quia in  
exteriore sensu operatione probatur et co-  
gnoscitur que intrinsecus largitas boni-  
tatis habeatur. Nā quid tam de scriptu-  
ra sacra vidiceris: et q̄tum proximū taci-  
tus ames: in latitudine boni operis osten-  
dis. Pateat itaq; viginti et quinq; cubi-  
tis latitudo inter thalamū et portā. quia  
inter charitatē et scientiam testis est bona  
operatio. Que si fortasse defuerit: profes-  
cto certum est nec cognouisse te deū. nec  
viligere proximuz: id est nec portam sacri  
eloqui: nec amoris thalamū habere. Et  
notandū etiam q; a tecto thalami vsq; ad  
tectū porte dicitur mēsuratū. Per ea enī  
que nobis in sacra scriptura cooperta sūt  
nostra humilitas approbatur. quia quies  
quid in illa non intelligimus non super-  
be reprehendere: sed venerari humiliter  
debemus. Unde et de domino est scriptū.  
Palpebre eius interrogāt filios hominū  
ps. 10. Palpebre quippe eius interrogāt  
quando aliquid nobis claudūt et aliquid  
aperiunt. Aperiēdo nos interrogāt: si in-  
telligendo nō extollimur. Claudēdo nos  
interrogant si nō despiciamus que intelli-  
gere nō valem⁹. Per ea autē que de cha-  
ritate nostra proximis nostris non loqui-  
mur in conspectu dei veritas probamur.  
In quorundā enī ore charitas ficta est: in  
quorundā cordibus vera. Et sepe de cha-  
ritate ostēditur qd non est: et demonstrat  
qd est. Amorem itaq; nostrū erga primū  
plus bona operatio loquitur q̄ lingua: vt  
in ipso bono opere proximus noster ama-



ri se videat. Et cum tantū nō possum? Quod enim volumus operari omnipotēti deo occultata amoris nostri sufficiant. A recto ergo thalami vsq; ad tectū porte sit magna latitudo: vt ab occultis nostre charitatis propter proximū vsq; ad humilitatē scientie et propter deū inq̄rtum intelligimur et valeamus bona semp̄ opemur. Potest enī portā ipse iam aditus regni celestis intelligi. Habet nūc thalamus tectū. habet et portā tectū. quia et quāta sit nostra charitas inter deū et proximū non cognoscitur. et quādo de hoc seculo ad eterne vite requiē introducamur ignorat. Esse enī nob̄ conditor noster diē mortis nostre incognitū voluit: vt dum semp̄ ignorat. semp̄ esse proximus credat. et tanto quis feruentior sit in operatione: quanto et incertus est de vocatiōe. Ad hō latitudo viginti et quinq; cubitoꝝ a thalamo ad portā tenditur. quia charitatē quā semel in deo et primo cōcepimus: vsq; ad ingressum regni debemus omne qd̄ possumus multipliciter atq; iestasanter operari. A recto itaq; thalami vsq; ad tectū porte magna latitudo est. quia ex gratia qua iuchōamur deū diligere: vsq; ad ipsam dilectionē que nobis aditus regni celestis aperit. debemus nosmetipsos in magna bonoꝝ operum actione dilatare. aduersa patiēter perpeti. benigna charitatis obsequia libēter impēdere. ipsos etiā quos patimur amare. habita tribuere. non habita nō ambire. proximos sicut semetipsos diligere. eozū bona nostra credere. eozum mala quasi ppria desistere. In tali ergo mente magna latitudo est: in qua angustia odioꝝ non est. Quā profecto latitudinē ex dei et proximi amore cōcipimus: q̄tum per sacra mādata cognouimus. Nā et ipsos latitudines viginti et quinq; cubitos nō inconuenienter intelligimus: si eos iuxta sacri eloquiū discutere velimus. Sex enī cubitis mensuratos thalamos dixerat: et sexto die homo est cōditus. eo quoq; die dominus p̄fecisse opera sua describitur. Gen. 1. Unde etiā perfectione poni senarius numerus solet.

Et quia omnes operationē bonā per quatuor sancti euangelij libros agnouimus: si sex quater ducimus ad viginti et quatuor peruenimus. Cui monas addit. quia in vno semper deo bene omnes opamur. Viginti ergo et quinq; cubitis latitudo hec explicare debuit. quia omnis bona operatio per quatuor sancti euangelij vt diximus libros agnoscat: et in vnius dei cognitione et confessione cōpletur. Sequit̄.

**E**t ostium contra ostium. Hoc loco contra: nō pro aduersitate ponitur sed ad rectitudinē. Ostiū enim contra ostium est cū recto itinere ab exteriorē ad interiorē aditus peruenitur. In cognitione vero omnipotentis dei primum ostiū nostrū fides est. secundū vero species illius ad quā per fidem ambulādo peruenimus. In hac etenī vita hanc ingredimur vt ad illam postmodū perducamur. Ostiū ergo contra ostiū est. quia per aditus si dei aperit aditus visib̄is dei. Si quis vero vitraq; hec ostia in hac vita velit accipere: neq; hoc a salubri intelligentiā abhorret. Nam sepe volumus omnipotentis dei naturā inuisibile considerare: sed nequaquā valent: atq; ab ipsis difficultatibus fatigata atā ad semetipsam redit. sibiq; de se ipsa gradus ascensionū facit: vt primum semetipsam si valet consideret. Et tūc illaz naturā que super ipsam est inq̄rtum potus erit inuestiget. Sed mens nostra si in carnalibus imaginib; fuerit sparsa: nequaquā vel se vel anie naturā considerare sufficit. Quia per quor cogitationes ducit: quā si per tot obstacula cecatur. Primum ergo gradus est vt se ad se colligat. Secundus vt videat qualis est collecta. Tertius vt super semetipsam surgat: ac sic contemplationi auctoris inuisibilis intendendo subijciat. Sed se ad se nullatenus colligit: nisi prius didicerit terrenarū atq; celestium imaginū fantasmata ab oculo mentis cōpescere quicquid de visu. quicquid de auditu. quicquid de odoratu. quicquid de tactu et gustu corporeo cogitationi eius oc-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielcm

urzerit respicere atq; calcare. quatenus  
alem se querat intus: qualis sine istis est  
**N**am hec quādo cogitat quasi quasdam  
vmbas corporū introfus versat. **A**bige  
da ergo sunt omnia manu discretionis ab  
oculis mentis. quatenus talem se anima  
consideret: qualis sub deo super corp<sup>o</sup> cre  
ata est: vt a superiore viuificata: viuificet  
inferius qđ administrat. **Q**ue r sic infusa  
est corpori: vt non per membrorū partes  
partibus sit diuisa. **N**am in quolibet loco  
pars corporis percutitur: tota dolet. **M**i  
ro autem modo vna eadēq; viuificatione  
membrorū presidens cum ipsa per natu  
ram nō diuersa sit: per corpus tamen agit  
diuersa. **I**psa quippe est que per oculos  
videt. per aures audit. per nares odorat  
per os gustat. per mēbra omnia tangit et  
tangendo lene ab aspero discernit. **E**t tan  
tas diuersa per sensus opatur non hec di  
uersa: sed vna illa in qua creata est ratio  
ne disponit. **C**um ergo seipsam sine ima  
ginibus corp<sup>o</sup>is cogitat anima: iam pri  
mum ostiū intrauit. **S**ed ab hoc ostio ad  
illud tenditur: vnde de natura dei omni  
potentis ali quid contempletur. **A**nima  
itaq; in corpore vita est carnis. **D**eus ve  
ro qui viuificat omnia: vita est animarū.  
**S**i igitur tante est magnitudinis vt com  
prehēdi nō possit vita viuificata: quis in  
tellectu comprehendere valeat quāte ma  
lestatis sit vita viuificans. **S**ed hoc ipsuz  
considerare atq; discernere iā est aliqua  
tenus intrare. quia ex sua estimatione ani  
ma colligit quid de incircscripto spiritu  
sentiat: qui ea incōprehensibiliter regit qđ  
incomprehensibiliter creauit. **C**onditor  
etenim noster longe incomparabiliter crea  
ture sue presidet. r quedaz opatur vt sint  
nec tamen viuunt. quedā vero vt sint r vi  
uant. nec tamen discernere aliquid de vi  
ta valeant. quedā autem vt sint: viuāt: at  
q; discernant. **E**t opatur vnus omnia: sed  
in omnibus non diuisus. **1. Corinth. 12.**  
**E**st enim vere summ<sup>o</sup>: r nunquā sibi dis  
similis. **A**nima autem r si per naturaz si  
bimetipsi diuersa non est: per cogitationē

tamen diuersa est. **E**o enim momēto iste  
quo de visu cogitat: r auditu cogitare ob  
liuiscitur. r eo momēto iste quo de au  
ditu vel gustu cogitat: de od oratu vel ta  
ctu cogitare non preualet. quia per contē  
tionem r obliuionem fit semper sibimetip  
si dissimilis: vt nunc hoc: nunc illud cogi  
tatione teneat. **O**mnipotēs autem deus  
quia sibimetipsi similis est: ea virtute vis  
det qua audit. omnia ea virtute creat qua  
iudicat creata. **E**tus ergo r videre simul  
omnia administrare est: r administrata cō  
spicere. **N**ec alia cogitatione iustos adiu  
uat. atq; alia iniustos dānat. sed vna eas  
demq; vi nature singularis sibi semper in  
dissimilis dissimilia disponit. **C**ur autem  
hoc de potētia creatoris admiremur: qui  
virtutis eius vestigia r in creatura cōspici  
mus? **N**atura quippe lutū r cere diuersa  
est. solis vero radius nō est diuersus. r  
tamen cum diuersus nō sit: diuersa sunt qđ  
in luto operatur r cera. quia vno eodēq;  
sūt ignis caloze lutū durat r ceraz liquat.  
**S**ed fortasse hoc in natura luti vel cere ē  
non in ipsa solis substantia: que in naturis  
diuersis diuersa videtur opari. **O**mnipo  
tens autem deus in semetipso habet sine  
imutatione mutabilia disponere. sine di  
uersitate sui diuersa agere. sine cogitatio  
num vicissitudine dissimilia formare. **L**ō  
ge ergo dissimiliter opat dissimilia. nūq;  
sibi dissimilis deus: qui r vbis est: r vbi  
q; totus est. ait enim. **C**elū mihi sedes ē:  
terra autē scabellū pedum meorum. **E**sa.  
66. **E**t de ipso scriptum est. **Q**ui celum  
metit palmo: r terram pugillo cōcludit.  
**E**sa. 4. **E**t qua re considerare necesse est:  
quia is qui celum spuluit sedem presidet  
super r intus est. **E**t qui celum palmo et  
terram pugillo cōcludit exterius. superi  
us r inferius est. **E**t ergo indicaret omni  
potens deus interiorē se esse r superio  
rem omnibus: celū ipse demet esse perbi  
buit. **E**t vero se ostenderet omnia circū  
dare: celum metire palmo: r terram se as  
serit pugillo concludere. **I**pse est interior  
r exterior: ipse inferior r superior. regens



do superior: portando inferior. replendo interior: circūdādo exterior. Sicq̄ ē intus vt portet: sic circūdat vt penetret. sic presidet vt portet: sic portet vt presideat. Cum ergo eleuata ad seipsam anima suuz moduluz intelligit: ⁊ quia corporalia omnia transcendat agnoscit. atq; ab intellectu suo se ad auctoris intellectuz tendit: quid iam hec: nisi ostiuz contra ostiū aspiciat. Unde ⁊ auctori omnium propheta dicit Mirabilis facta est scientia tua ex me. ps. 138. Quia quantūlibet intēderis: nec semetipsam anima perfecta sufficit penetrare. quanto magis illius magnitudinē qui potuit ⁊ animā condere. Cumq; i scientie dei intellectu laboraret: lassescens ac deficiens subdidit. Confortata est: nec potero ad eam. Ibidem. Sed cum conantes atq; tendētes quidam iam de inuisibili natura conspiciere lassamur. reuerberamur. repellimur. Et si interiora penetrare non possumus: tamen iam ab exterioro ostio interius ostium videmus. Ipse considerationis labor ostium est. quia ostendit aliquid eo qd̄ intus est: ⁊ si adhuc ingrediendū potestas nō est. Sequitur.

**B** Et fecit frontes per sexaginta cubitos ad frontem atrii porte vndiq; per circuitum.

**S**epe iam diximus senario numero perfectionem boni operis designari: non illud sequentes quod conati sunt huius seculi sapientes astruere, dicentes iccirco senarium numerum esse perfectū quia suo ordine numeratus perficitur: vt cum vnus duo tres dicunt: senarius numerus impletur. vel quia in tribus partibus diuidit. Id est sexta tertia ⁊ dimidia: videlicet in vno duobus ⁊ tribus. Sed iccirco senarius numerum esse perfectū. quia sicut pauloante dicitur est. sexto die perfectus deus omnia o pera sua. Quoniam vero peccatori homini legem dedit: que in decē preceptis scripta est. ⁊ sex decies ducta in se

xagenarium surgunt: recte per sexaginta cubitos honorum operum perfectio designatur. Quod aperte etiam dominus in euangelio designat: qui cum parabolam seminantis exponeret dixit. Aliud cecidit in terram bonam ⁊ dabit fructum ascendentem ⁊ crescentem. afferebat vnum trisginta. ⁊ vnum sexaginta. ⁊ vnum centuz. Luce. 8. Math. 13. Mar. 4. Fructus etenim terre bone triginta affert cuz mēs perfectionem fidei que est in trinitate conceperit. Sexaginta affert: cum bone vite opera perfecte protulerit. Centum vero affert: cum ad eterne vite contemplationem profecerit. Sinistra enim nostra ē vita presens. Dextera vero est vita ventura. Et recte per centenarium numerū eterne vite contemplatio designatur. Quia cum post triginta ac sexaginta ad centesimum numerum computandum peruenimus: idem centenarius numerus in dexteram transit. Fides atq; operatio adhuc in sinistra est: quia hic adhuc positi ⁊ credimus quod nō videmus: ⁊ operamur vt videamus. Cum vero iam se animus in contemplatione eterne vite suspenderit: quasi ad dexteram manum computus peruenit. Fecit itaq; frontes per sexaginta cubitos. Quia enim per sexagenarium numerum perfectio: quid per frontes edificij nisi ipsa opera designantur: que exterius videntur. Predicationis enim verbum tribuere. alimenta esurientibus. vestimenta algētib; dare: ⁊ pro bono opere patienter aduersa tolerare: quid aliud quam frontes sunt edificij celestis? Quia pulchritudo operum exterioruz ornat habitaculum dei. quod adhuc latet intrinsicus. Sed iste frontes habent atrium vndiq; per circuituz. quia in hoc magna sūt opera. si hec in mente dilatat amplitudo charitatis. De charitate quippe scriptum est. Latum mandatum tuum nō mis. ps. 118. De hac iterum pfalmista ait. Statuisti in loco spaciofo pedes meos. ps. 30. Sed ecce vuz loquor animo



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

occurrit quomodo lata est charitas. Si per charitatem pertingit ad deum: et per semet ipsam veritas dicit: Intra per angustias portas. Mat. 7. Rursum psalmista audio dicentem: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. ps. 16. Atque in euangelio dominus dicit: Iugum enim meum suauis est: et onus meum leue. Mat. 11. Quomodo ergo: aut lata charitas si angusta porta: aut quomodo iugum suauis est et onus leue: si in preceptis dei viam dure sunt que custodiunt? Sed hanc nobis questio non citius ipsa veritas soluit: quia via dei et inchoantibus angusta est: et perfecte iam viuentibus lata. Et dura sunt que contra usum spiritualiter animo proponimus: et tamen onus dei leue est postquam hec ferre ceperimus: ita ut pro amore eius etiam per seculum placeat: et omnis pro eo affectio in mentis dulcedine veniat. Sicut sancti quoque apostoli gaudebant: cum pro domino flagella tolerabant. Actuum. 5. Ipsa ergo angusta porta amantibus lata fit: ipse viam dure spiritualiter currantibus molles et plane sunt dum scit animus se pro temporalibus doloribus gaudia eterna recipere: et hoc incipit quod affligit amare. Atrium ergo ante fratres eius in perfectione operis est latitudo dilectionis. Et notandum quod dicitur vndeque per circuitum: ut videlicet homo per officium quod agit semper se in charitatis amplitudine dilatet: ne hinc aut timor: aut odia angustent. Si quis ergo de verbo dei loquitur: et charitatem quam predicat in mente non seruat: edificij frontem habet: sed atrium ante frontem non habet. Si quis elemosinam indigentibus largitur: et per hanc fortasse in corde extollit nec ex charitate proximo inopie subuenit: sed se elatione tacite extollit: frontem quidem in edificio ostendit: sed iuxta frontem atrium non fecit. Si quis illatas a proximo contumelias tolerat: et mala obiecta tacite portat: magna est patientia quam demonstrat: si dolore in corde non habeat: si lucrari ad tranquillitatem manufacturam: etiam ipsum qui male excesserat querat. Nam si patientiam exterius adhibens intus dolore tenet:

nec amat eum quem sustinet: habet quidem frontem in edificio: sed ante frontem atrium non habet: quia is qui se angustie odiosum subdidit: profecto charitatis latitudinem amisit. Non sicut superiori parte iam diximus: patientia enim vera est: et ipsum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse non est virtus mansuetudinis: sed velamentum furoris. Et notandum quod hoc ipsum atrium porte dicitur. Porta quippe nostra est: aditus ad regnum. Et deum ac proximum perfecte amare iam ad ingressum regni est: tunc dicitur. In quantum enim quisque amat: tantum ad ingressum propinquat. In quantum vero amare negligit: tantum ingredi recusat: quia nec studet videre quod appetit. Tunc ergo habemus atrium porte: quando ex latitudine charitatis ad supernam vitam quam adhuc contingere minime possumus: iam per desiderium intramus. Itaque cum bonum opus erga proximum agit: restat ut eiusdem boni operis intentio discernatur. Si non presentis gratie retributionem querit: sed spem suam animus ad futuram promissionem tendit: ut ex temporalibus eterna: ex terrenis celestia speret. Spes enim celestium mentem solidat: ne concutiat fluctibus tumultuum terrenorum. De qua et per paulum dicitur: Quam sicut anchoram habemus anime tutam ad firmam: et incedentem usque ad interiora velamentis. Hebr. 6. de quibus interioribus dicitur quoque subiungitur.

**¶** Et ante faciem porte que pertingebat usque ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos.]

**¶** Hoc quod hoc loco dicitur ante faciem porte: non exterior sed interior ante portam locus describitur: usque ad faciem vestibuli porte interioris pertingere prohibet. Unde et idem locus quinquaginta cubitis dicitur mensuratus. Per quinquagenarium enim numerum requies eterna signatur. Habet enim septenarius numerus perfectionem suam: quia eodum die dierum numerus est completus. Et per legem sabbatum in requie datus est. Ipse aut



tem septenarius per semetipsum multipli-  
catus ad quadraginta et nouē ducit. **Et**  
si monas addit: ad quinquagenarium per-  
uenit: quia omnis nostra perfectio in illi-  
us vnus cōtemplatiōe erit: in cuius no-  
bis visione iam minus aliquid salutis et  
gaudij nō erit. **Hinc** etiā iubileū: id est  
annus quinquagesimus in requiē datus  
est: quia quisquis ad omniopotētis dei gau-  
dia peruenit: labore et gemitū vltimus  
nō habebit. **Notandū** vero quia locus q̄  
describit per quinquaginta cubitos ten-  
dit: ad faciē vestibuli porte interioris per-  
tingere memorat. **Non** ergo hoc loco pro-  
pheta iam ip̄m vestibulū porte interioris  
sed locū interi⁹ qui tendit ad vestibulum  
porte interioris narrat: per quē locū vti-  
q̄ sicut diximus spes nostra signat. **Que**  
vnum eternā requiē querit: mentē ad ves-  
tibulū porte interioris ducit. **Hoc** ipsuz  
enim q̄ desideram⁹ celestia: q̄ ad p̄mis-  
sa gaudia suspiramus: q̄ eterne vite res  
quē querimus: iam ad interioris vestibuli  
faciē propinquamus. **Signet** ergo per  
portam fides: per atriiū charitas: per locū  
vero qui ad faciē vestibuli porte interioris  
ris p̄pinquat figuret spes: sine quib⁹ tri-  
bus virtutib⁹ quisquis iam vti ratiōe po-  
test: ingredi ad celeste edificij nō potest.  
**Habeat** ergo fides in porta: quia intro-  
ducit ad intelligentiā. **Charitas** in atrio  
quia mentē dilatat in amorē. **Spes** in lo-  
co quinquaginta describit cubitis: quia  
per desideria atq̄ suspiria introducit ani-  
mū a secreta gaudia quietis. **De** qua q̄  
te et si adhuc sicut est veritatis lumen nō  
cernimus: iam tamē per rimas intelligē-  
tie ad aliquid videm⁹. **Unde** et hic subdit

**Et fenestras obliquas in thalamis.]**

**In** fenestris obliquis pars illa per quā  
lumen intrat angusta est: sed pars interio-  
r que lumen suscipit lata. **Et** nā mentes  
contemplantiū quāuis aliquid tenuiter  
de vero lumine videāt: in semetip̄s ta-  
men magna amplitudine dilatant. **Que**

videlicet et ip̄a que cōspiciūt capere pau-  
ca vix possunt. **Exigū** valde est q̄ de eter-  
nitate cōtemplātes vident: sed ex ip̄o exis-  
tuo laxat sinus mentū in augmento fer-  
uoris et amoris. **Et** inde apud se ample  
sunt: vnde ad seueritatis lumē quasi per  
angustias admittunt. **Que** magnitudo  
cōtemplatiōis quia concedi nō nisi aman-  
tibus potest: in thalamis oblique fenestre  
esse perhibent: vel in his que iuxta thala-  
mos nō iam extrinsecus: sed esse intrinse-  
cus dicunt. **Hāc** de eisdē fenestris subdit

**Et in frontibus eorum que  
erant intra portam vndiq̄ per  
circuitum.]**

**Erant** etiā in thalamis: erāt et in fronti-  
bus eorū: que intra portā vndiq̄ per cir-  
cuitū fuerant constructa: quia qui cor ins-  
tus habet: ip̄e quoq̄ lumen cōtemplatio-  
nis suscipit. **Am** qui adhuc exteriora im-  
moderatus cogitat: que sint de eterno lu-  
mine rime cōtemplatiōis ignorant. **Re-  
q̄** etiā cum corporearū rerum imaginib⁹  
illa se infusio incorporee lucis capit: quia  
dū sola visibilia cogitant: lumen inuisibi-  
le ad mentē non admittit. **Sed** quisquis  
tam lumini cōtemplatiōis intendit: cura-  
re magnopere debet: vt mentē semper in  
humilitate custodiat: nunq̄ se de gratia  
qua infundit extollat: et ip̄as obliquas fe-  
nestrās que mētes contemplantiū signāt  
quales sint cōsideret. **Per** obliquas etes-  
nim fenestras lumē intrat et fur nō intrat:  
quia hi qui vere speculatores sunt: semp  
sensum in humilitate dep̄imūt: atq̄ ad  
eorū mentes intelligētia cōtemplatiōis  
intrat: sed iactātia elatiōis non intrat. **Et**  
patēt itaq̄ fenestre: et munite sunt: quia et  
aperta est in mentibus eorū gratia qua re-  
plēt: et tamen ad se aduersariū ingredi  
ad superbiā non permittūt. **Notandū** ve-  
ro q̄ intra portā vndiq̄ per circuitū fene-  
stre oblique esse memorant. **Non** etiā cō-  
templatiōis gratia summis dat: et mini-  
mis non dat: sed sepe hanc summis: sepe  
minimis: sepius remouit aliquādo eam cō-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

fugati percipiunt. Si ergo nullū est fidelis officium a quo possit gratia cōtemplatiōis excludi: quisquis cor intus habet illustrari etiā limine cōtemplatiōis potest. Quia intra portā vndiq; per circuitum fenestre oblique cōstruēte sūt: vt nemo ex hac gratia quasi de singularitate glorie Nullus se donū veri luminis estimer habere priuatiū: quia in eo q; se habere precipuum putat: sepe alter est vitior quē habere apud se boni aliquid non putat. Unde hic quoq; adhuc aperte subiūgitur.

**[ Similiter autem erant et in vestibulis fenestre per gyrū intrinsecus. ]**

**[ Postq; dixit fenestre in frontib; adiungit fenestras in vestibulis per gyrū intrinsecus. Quia nō solum alta sancte ecclesie mēbra que prominēt habent contemplatiōis gratiā: sed pleriq; hoc donū etiā illa mēbra percipiūt: que et si iaz per desiderū ad summa emicāt: tamē adhuc per officiū in ima iacēt. Nisi et his qui de respectu vident: omnipotēs deus lumen cōtemplatiōis infuderit: fenestre in vestibulis nō fuissent. Videmus itaq; alios in summis locis sancte ecclesie cōstitutos alta de celestibus loqui: miro studio inquā tū illustrata mens sufficit superne patrie secreta rimari: quia fenestre sunt in frontibus. Alij vero in sancte ecclesie sinu cōtinent: et respectu humanis oculis vident: sed apud se sapiētie studijs vacant: ad celestia anhelāt: atq; inquantū preualent: que sint gaudia eterna considerant: fenestre itaq; oblique sunt: sed in vestibulis. Bene autē dicit per gyrū: quia omnis inquisitio secretarū rerū gyrū habet: dū in cogitatiōe sua dicit animus: putasne hoc illud est: quasi circuit vt inueniat qd querit. Cui cū incircūscriptū lumen erumpere in cogitatiōe ceperit: quasi per obliquā fenestrā radius veritatis venit. Sic quippe in cōtemplationē nostrā multa cogitatioibus circūuendo p̄ficiamus: sicut exempla bonorū sepe querimus: vt in moribus**

p̄ficiamus. Nam cū iam cogitat animus ad meliora trāsire: quicquid meli⁹ de alijs audire possit exquirat: nūc huius: nunc sancti alterius vitā ventilar. Unde et electus quidā qui in expanso riuo sancte ecclesie per vniuersum mūdum mentis oculos miserat: bonorū vitam ad imitationē requirēs dicebat: Circuibō et imolabo in tabernacula dei hostiā iubilatiōis. ps. 26. Ecce vt imolaret iubilatiōis hostiā circuibar: quia nisi animā huc illucq; ad bonorum vitam exquirendā mitteret: ipse vsq; ad iubilatiōis sacrificiū non perueniret. Cum vero sancti viri intra ecclesiā ad loca summa perducunt: eorū vitā quasi in speculo ponit: vt cuncti videāt bona que debeant imitari. Unde et adhuc apte subiungitur.

**[ Et ante frontes pictura palmarum. ]**

**[ Quid per palmas: nisi premia victorie designant? Ipse quippe dari in vincētib; solent. Unde de his quoq; qui in certamine martyrij antiquū hostem vicerāt: et iam victores in patria gaudebāt: scriptū est. Et palme in manibus eorū: Apoca. 7. et clamabāt voce magna dicētes: Salus deo nostro qui sedet super thronū et agno Palmas quippe in manib; tenere est victorias in operatiōe tenuisse. Cui⁹ operatiōis palma ibi retribuet: vbi iam sine certamine gaudebit. Unde et hic nō dicitur palme ante frontes: sed ante frontes pictura palmarū. Ibi em̄ victorie palma videbit: vbi iam sine fine gaudebit. Nā hic plerūq; sanctos viros aspiciū⁹ mira agere: virtutes multas facere: leprofos mū dare: demonia eiicere: tactu egritudinis corpora sanare: p̄phacie spiritu ventura p̄dicere: cūcta itaq; hec necdū palme sunt sed adhuc pictura palmarū. Nam hec aliquid dant et reprobis. Unde et per euāgeliū veritas dicit: Multi dicent mihi in illa die: domine dñe: nōne in nomine tuo p̄phetauimus: et in tuo nomine demonia eiicim⁹: et in tuo nomine virtutes multas**



fecimus? **Matth. 7.** Et tunc cōfitebor illis: quia nunquā noui uos: discedite a me qui operamini iniquitatē. **Quā** uero signū electiōis est soliditas charitatis: sicut scriptū est. **In hoc** scietis: quia discipuli mei estis: si dilectionē habueritis ad inuicē. **Iobis. 13.** Nec autē miracula cū electi faciūt: longe dissimiliter a reprobis sūt: quod electi ex charitate: hoc reprobi studēt agere per elationē. **Sed** eisdē electis ipsa mira quę per charitatē faciūt non iam palme sunt: sed adhuc pictura palmarū: quia de eis foris ostendit: quales apud omnipotentē dominū intus habeant. **Ibi** autem eis palma erit: ubi iam mortis cōtentio nō erit. **Item** p̄dicatoz egregius tūc asperit palmā ueram uincētibus uari: cū resurrectionē p̄uidit mortuoz fieri: sicut dicit: **Sportz** enim corruptibile hoc induere incorruptionē et mortale hoc induere immortalitatē. **1. Corinth. 15.** Cum autē mortale hoc in ducit immortalitatē: tūc fiet sermo qui scriptus est: **Absozpta** est mors in uictoria: ubi est mors uictoria tua ubi est mors stimulus tuus: **Tūc** erit perfecta uictoria: cū mors plene fuerit absozpta. **In** omne autē quō modo mirabiliter de signis agi cōspicimus nō iam ipsam uictoriā: sed adhuc imagines uictorie uideamus. **Quia** plerūqz sanctis etiā in locis sublimioribz possit: ut ad bona opa alij p̄uocent: uirtutes et signa dant: ante frontes iterioz edificij palmarū pictura ostēdit. **Hec** hodierno die tractata sufficiant: ut ad ea que subiūcta s̄rualētiōz adiuuante dño nostro iesu xp̄o uentamus. **Qui** uiuit et regnat cū patre in unitate sp̄ssancti: per oīa secula seculoz. Amen.

**Explicit Omelia. XVII.**

**Incipit Omelia. XVIII. que exponit litterā. XL. capituli ab illa parte: Et eduxit me ad atrium exterius: usque ad illam partem eiusdē capituli. Porta uero**

**que respiciebat uiam aquilonis atrij exterioz.]**

**P**ostq̄ de contemplatiōis gratia obliquas fenestras insinuās p̄pheta multa locut⁹ est: eductū se exterius dicit: et gazaphilatia uidisse cōmemorat. **In** quibus gazaphilatijs quid aliud q̄ doctoz scientia designat⁹? **Sed** recte hac in re queri potest: cū doctoz sancti spiritalia atqz interna doceant: cur p̄pheta eductū se exterius dicit et gazaphilatia foris uidisse? **Sed** sciendū est: quia alia est cōtemplatiō que tantū uidet quantum dicere nō ualet: alia uero scientia atqz doctrina que tantū uidet quantum exprimere per linguā possit. **In** cōparatiōe autē cōtemplatiōe quippe illius quō uoce exprimi nō potest: q̄si hoc tantū foris est quō exprimi uoce potest: itaqz.

**Et eduxit me ad atrium exterius: et ecce gaza philatia et pavementū stratum lapide in atriuꝝ per circuitum.]**

**Quia** sermone greco philate seruare dicit: et gaza lingua persica diuitie uocant. **Gazaphilatiū** loc⁹ appellari solet in quo diuitie seruant. **Quid** itaqz p̄ gazaphilatia designat⁹: nisi ut p̄ dixim⁹ corda doctoz rū sapie atqz scie diuitijs plena? **Quia** iuxta pauli uocē: alij dat per sp̄m sermo sapie: alij sermo scie in eodē sp̄. **1. Cor. 13.** Sunt enim quidā qui per donū gratie et ipsa intelligūt que exponit a doctozibz nō audierūt: hi uidelz sermonē sapie percerperūt. **Et** sunt quidā q̄ per semetipos intelligere audita nequeūt: sed ea que in expositionibz legerint retinēt: atqz sciētē p̄ferūt que lecta didicerūt. **Quā** itaqz isti nisi sermone scie pleni sūt: **Quāuis** hoc intelligi et aliē possit: quia sapia ad uitā: scia uo pinet ad doctrinā. **Qui** igit̄ bñ uiuit et p̄uidēt p̄dicat: gazaphilatiū spiritalē edificij recte noīat: quod ab eoz celestes diuitie dispēsāt: his diuitijs abūdare discipulos idē m̄gr̄ gētū uiderat cū dicebat: **Et**



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

uites facti estis in illo: in omni verbo: et in omni scientia. 1. Cor. 1. Sunt itaq; in sancte ecclesie edificio constructa gazaphilata q; abū. dat diuitijs sciētie lingua doctorū. Has veras esse diuitias ipsa per se veritas denūciat: cū de trāstoria diuitijs dicit. Fallacia diuitiarū suffocat verbum sciētie. Mat. 13. Sapiētia etenī atq; sciētia doctrine spiritalis vere sunt diuitie: i quozū compatione que transire possūt false nominant. De his diuitijs p Salomonem dicit. **T**heaurus desiderabilis requiescat in ore sapientis. Prouerb. 21. **E**x. pto autē eo q; ad eternā patriā diuitijs spirituales ducūt. est eis a terrenis diuitijs magna distātia. quia spirituales diuitie erogate proficiūt: terrene autē diuitie aut erogant 7 deficiūt: aut retinent 7 vitales nō sunt. Qui ergo has in se veras diuitias continent: recte gazaphilata nominant. Et habent ipsa gazaphilata pauimentū per circuitū. quia eis adheret ac subiacer humilitas auditorum. **D**e pauimentū recte stratū lapide in atriu dicit. q; in latitudinē charitatis vicissim sibi iuncte sunt anime fideles. **D**ue 7 lapides appellant pro fortitudine fidel. 7 strate i pauimēto sunt in cōpage humilitatis. Has fidelium mentes petrus apostolus fortes in fide cōspererat cū dicebat. Et vos tanq; lapides viuī supedificamini domos spirituales. 1. Pet. 2. De his lapidib; sancte ecclesie dominus per Esaiā dicit. **P**onam iaspide ppugnacula tua. 7 portas tuas i lapides sculptos. vniuersos terminos tuos in lapides desiderabiles. oēs filios tuos doctos a dño. Esa. 54. **O**mnipotens enī deus sancte ecclesie ppugnacula iaspide (qui lapis viridis; coloris est) posuit quia predicatorū illius mētes interne viriditatis amore solidauit: vt trāstoria cūcta despiciāt. nihil in hoc mūdo quod sine claudis appetāt. cūcta eius gaudia velut arida contēnant. **A**nde 7 ipse pastor ecclesie auditores suos ad pascua eterne viriditatis vocās: de deo loquitur dicens. **S**ecundū magnā misericordiā suā regere

nerauit nos in spem vniū. p resurrectionē iesu christi ex mortuis. in hereditatē incorruptibile. 7 incontaminatā. 7 imarcessibilem conseruatā in celis. 1. Pet. 1. **H**uius sancte ecclesie porte in sculptos lapides ponunt. q; hi per quozū nos vocē. ad vitam eternam ingredimur: sancta opa que diuinitus precepta sunt dū in semetipsis ostenderēt: quasi in se sculpta tenuerunt. **P**orte etenim nō sculpte sed pure essent si vocē quidē promerēt: sed sancta i se opera nō demonstrarēt. **A**t vbi secundū hoc se ostendit viuere qd loquunt 7 porte sūt q; intus ducūt. 7 sculpte quia viuēdo custodiunt que alijs loquunt. **H**ui; setē ecclesie vniuersos terminos in lapides desiderabiles positos videmus: dū in ea fideles quosq; fortes in fide 7 charitate conspiciamus: qui (vt quos dixerit lapides demonstraret) adiūxit. **O**mnes filios tuos doctos a dño. Esa. 54. **Q**uod ergo Esaias vniuersos ecclesie terminos desiderabiles vidit: hoc Ezechiel pauimentum lapide stratū p circuitū esse pbiuit. qui adhuc de gazaphilatis subdit.

### Triginta gazaphilata in circuitu pauimenti.

**D**enarius numerus p pfectione semper accipit. quia in decē preceptis legis custodia continet. **A**ctiua etenī ac contemplatiua vita simul in decalogi mādati coniuncta est. quia in ea 7 amor dei 7 amor seruare proximi iubet. **A**mor quippe dei ad contemplatiuā. amor vero proximi ptingit ad actiuā. **S**ed vnusquisq; doctor vt actiuam vitā plene se vtilaret. atq; in contemplatiuā vigilanter surgat: in sancte trinitatis fide debet esse pfectus. **A**nde 7 eadem gazaphilata triginta esse cōmemorantur. vt cū denari; ter ducit: vita 7 lingua doctoris in trinitate solidet. **S**ed hac in re illud nobis est vigilāter intuemdum qd ppheta dum gazaphilata descripsit: adiūxit. **P**auimentū p circuitū. **A**t q; inferius subiūxit. **G**azaphilata in circuitu pauimenti. **Q**uatenus 7 gazaphi



latis in circuitu pauimentū: et pauimentum  
 i circuitu gazaphilatioū esse videat. Pauimentū quippe et gazaphilatio eo sit ordinē distincta. ut gazaphilatio inter pauimentū et pauimentum inter gazaphilatio fuerit strati. Ad hoc fratres sine magno mysterio est quod in circuitu gazaphilatioū dicitur esse pauimentū: et in circuitu pauimentū narat esse gazaphilatio. Habet enim pauimentū in circuitu gazaphilatio. quia vita audientū erudit quotidie: et custodit linguam doctorū. Doctores etenim boni in sancte eruditionis verbis modo somētis dulcedinis: modo asperitate increpatis inuisigant: ut auditorū suozū vitam a vitijs defendant. Sed habent ipsa quoque gazaphilatio in circuitu pauimentū. quia sepe etiā doctorū eoz vitiozū tērationibus tangitur: ut modo eleuetur iactationis superbia: modo ire stimulis inflammetur. Sed cum bonozū auditorū vitam cōsiderant. eoz profecisse suis exhortationibus pensant: erubescūt talea non esse quales auctore deo per se conspiciūt alios factos esse. et ante se in mente etiā stabiliūt quod plene in culpā labantur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad memoriā reducunt: erubescunt nō seruare quod dicunt. Unde per Salomonē quoque dicit. Antima laborantis laborat sibi. quia compulsum os suū. Proverb. 16. Os enim nostrū nos cōpulsit ad laborem: quando per hoc quod diximus a vitijs refrenamur: quod turpe nimis est ibi nos negligendo cadere. unde predicando conati sumus alios leuare habent ergo gazaphilatio in circuitu pauimentū. quia doctorum magna custodia est vita venerabilis auditorū. Et suus et sermo fit in adiutorio. quia erubescūt pulsantibus vitijs nō resistere qui contra vitia alios armanerunt. Quia enim quod dicitur in hac vita viuimus: cōtra malignos spiritus quod alii dicitur in acie stamus. Sicut prediximus: doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur. Sed siue ne ipse pereat: siue ne per exemplū suum alios ad perditionem trahat. vigilanter se et refectine circuitū

spictrū cogitationib⁹ remordet. Adiecta auditorū suozū vita ad memoriā semetipsum humiliat. et quibus preualet modis agit: ne elatio principetur in mentes ne dominetur in opere. Scriptū quippe est. Initium omnis peccati supbia. Eccl. 9. Quis ergo ante dei oculos fructus boni operis: si ex radice putruit elationis. Sepe ut predictū est ei us animus tēatur ex trased citius ad circūspiciendum recolligit: et discipline pondere depimēs agit ne mot⁹ animi trāseat in sermone: ne erūpat in voce. Fitque ut ira perturbati apum vbi per negligentia oritur: ibi per iudicia suffocata moriatur. Quia ex re agit ut excepta culpa animus virtutem pariat. quod si se fortiter custodire noluit ne ad motū surgeret: se tamen in cōmōtione fortiter vicit. Unde bene per Salomonē dicitur. Deltor est patiens viro forti: et qui dominat animo suo expugnator vrbū. Proverb. 16. Patiens preferitur. quia in illa actione victorie: homo victor est hominū. In hac autem mansuetudine patientie: animus victor est suus. Sequitur.

**B**Et pauimentum in fronte portarum secundū longitudinē portarum erat inferius.

Si portarum longitudinē ad locum referimus in quo porte fuerunt cōstruete secundū longitudinē portarum: pauimentum erat inferius. quia quum tenere loc⁹ portarū poterat: tantū tenebatur et pauimentū quod erat inferius. Longitudo ergo pauimenti a portis non erat dissimilis: sed tamen equalitas pauimenti nō erat cum portis. Quid ergo quod pauimentū euz portis longum similiter erat: sed equale non erat nisi quod longe distat vita populozum a vita docētū. Quia etsi ad regna celestia tendētes eandē loganimitatē spei habēt eadem vero viuendi studia nō habēt. Et datur ergo pauimentū similiter in longum quia ipsam fidem ipsaz spem in se retinet auditores quam habere certum est predicatoroz. Sed pauimentū inferius taceat:



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Et omnes auditores predicatorum suos lo-  
ge suis meritis antecedere cognoscant.  
Sin vero longitudine portarum ipsam sicut  
superius diximus eam altitudine intelligere  
debemus. vix sicut paulo post scriptum est  
ad portas gradibus ascendebat: tanto pa-  
uimentum later inferius. quanto vnaque-  
que porta surgit in altitudine. Quia quan-  
to sanctior est vita doctorum: tanto fit hu-  
milior sensus audientis. Et semetipsum  
despicit dum predicatoris sui vitam in ma-  
gna surgere altitudine perpedit. Imitari  
etenim bona eius alia forsitan potest: alia  
non potest. In quibus preualet proficit:  
in quibus minime preualet ad humilita-  
tem crescit. Et hoc ipsum ergo et in profe-  
ctu est: quod et imitabile ad profectum non  
est. Ecce enim predicatorum nostrorum ea  
que legimus dicta et facta pensamus: et in  
quantam altitudinem surrexerint porte cog-  
noscamus. Et enim taceamus de ostensio-  
ne signorum loquamur de virtutibus cordi-  
um. Certe paulus qui se legi mortuum per  
legem dicit. Roma. 7. quia ut in christo  
crederet: et hoc et ipsa predicauit. ma-  
gno fidei ardore succensus: precepta legi  
tenere carnaliter noluit. circumcissionem in  
gentibus fieri vetuit. Gal. 5. Et cum Pe-  
trus apostolus seruari adhuc in circumcissi-  
one legis consuetudinem vellet et in facie re-  
stitit: eumque hac in re fuisse reprehensibi-  
lem dicit. Et in hoc eius studium discipulis  
loquens non solum culpam: sed quod est ma-  
gis hypocrisis. id est simulationem nomi-  
nat dicens. Mat. 23. Cum venisset petrus  
antiochiam: in facie ei restitit: quia repre-  
hensibilis erat. Et paulo post. Et simula-  
tioni eius consenserunt ceteri iudei. Ideo  
vero apostolorum primus cum multa disci-  
pulos admoneret. atque a quibusdam detra-  
hi pauli scriptis agnosceret dicit. 2. Pe-  
3. Sicut charissimus frater noster Pau-  
lus secundum datam sibi sapientiam scripsit  
vobis: loquens in eis de his in quibus sunt  
quedam difficulta intellectu que indocti  
et instabiles deprauant sicut ceteras scrip-

turas: ad suam ipsorum perditionem. Ecce  
Paulus in epistolis suis scripsit petrum  
reprehensibilem. et ecce Petrus in episto-  
lis suis asserit paulum in his que scripse-  
rat admirandum. Certe enim nisi legisset pe-  
trus pauli epistolas non laudasset. Si au-  
tem legit: quia illic ipse reprehensibilis di-  
citur inuenit. Amicus ergo veritatis lau-  
dauit etiam quod reprehensus est. atque ei ad  
hoc ipsum placuit quia in his non placue-  
rat que aliter debuerat sensit. Sed et  
iam minori fratri ad consensum dedit: atque in  
eadem re factus est sequens minoris sui  
etiam ut in hoc preteret. quatenus qui pri-  
mus erat in apostolatibus culmine: esset pri-  
mus et in humilitate. Pensate ergo fra-  
tres charissimi in quo mentis vertice ste-  
tite qui illas epistolas laudauit in quibus  
scriptum se vituperabilem inuenit: que illa  
mansuetudo tanta esse potuit: que quies  
animi: que soliditas atque in perturbatio cog-  
itationis. Ecce a minore suo reprehendi-  
tur: et reprehendi non dedignatur. Non  
ad memoriam reuocat quod primus in aposto-  
latum vocatus est. non quod clauis regni ces-  
lestis acceperit. non quod peccata quousque in  
terra soluerit: essent soluta et in celo. non quod  
in mare pedibus ambulauit. non quod paraliticos  
in iesu nomine iubendo creperat. non  
quod egros corporis sui umbra sanauerat:  
non quod mentientes verbo occiderat. non quod  
mortuos oratione suscitabat. Ne igitur in-  
crepationis verba dedignaret audire om-  
nia dona que acceperat quasi a memoria  
reppulit: ut vnum fortiter humilitatis do-  
num teneret. Quis ergo nostrum vel si ex-  
tremum aliquod signum fecisset: a minore fra-  
tre increpatus: increpationis verba patien-  
ter audiret. Nihil enim signi fecim? Et  
si quis nos fortasse de actione nostra repre-  
henderit: statim tumescimus: magnos quibus  
dam nos taciti cogitam? virtutes nobis  
ad animum deducimus etiam quas non habemus.  
Et contra petrus cum virtutibus  
humilis in reprehensionibus permansit:  
sed porta surrexit in altitudinem. Hanc







## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

apostolorum acta testant: anno et sex mensibus continue in eadem civitate predicavit. **Actu. 18.** Cumq; ab eis de corinthijs recessisset ad eos postmodum scribit quod apud eos positus pertulit. **2. Corinth. 11.** Quare autem hoc eis cum inter eos viveret: nunquam dixit? Ne quod erga eum factum ex bona voluntate non fuerat: heret ex iustione. Et cum innotesceret eorum miseria: remaneret voluntas ignota. Quare autem hoc postmodum loquere positus scribit? Ne omnimodo discipuli correcti remaneret: et quales magistro in tenacia fuerat: alijs quoque fratribus tales non essent. Hec in hoc paulus vere magister gentium: sua negligens: aliena curans: implevit quod predicaverat. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius? et non quod sua sunt singuli cogitantes: sed ea que aliorum. **1. Cor. 10.** Quanta itaque ista mansuetudinis virtus est? Quanta tranquillitas spiritus? Quis autem nostrum si unum huius mundi divinitus ad omnipotentis dei servitium converterit: seque egere conciperet: et illum sibi vite subsidia non prebere: non protinus de eius vita desperasset? Quis non in cassum laborasse se diceret? Quis non ab eius exhortatione obmutesceret: quem in semetipsum primum ferre fructum boni operis non videret? Sed paulus per mansuetudinem in virtutum vertice solidatus persistit: predicavit: dilexit: et bonum quod ceperat explevit: eaque portando et persistendo discipulorum corda ad misericordiam perduxit. Nam eorum profectum postmodum scire se indicat: in eadem epistola scribit de ministerio quod fit in sanctos. Et abundantia est enim mihi scribere vobis. Cetero enim promptum animi vestrum: pro quo de vobis glorioz apud macedonas: quoniam achaia parata est ab anno prior: et vestra emulatio provocavit plurimos. **2. Corinth. 9.** De quibus rursus ait: Qui non solum facere sed et velle cepistis ab anno prior. Ibidem. In quibus enim non tam opera quam pia vota requirebat: in eis proculdubio plus laudat pia vota quam opera. Notandum nobis est: quia habet improperium beneficiam consolatio: cum dicitur ab anno

prior. Bonum quippe: sed tarde fecerant: atque ideo hoc magister non sine reprehensione laudat. Dedit quippe est: qui medicamentum vulneri apponit: quod et ea que purgata sunt refouet: et ea que putrida inveniunt mordet. Sed hec tolerando atque predicando explevit quod cepit. Et mire longanimitatis virtus: discipulorum duricia me molluit ad misericordie viscera: quia longitudo porte surrexit in altitudinem. Sed in firmi nos ad imitandum tante mansuetudinis longanimitatem idonei non sumus: quia videlicet pavimentum sumus et despecti in nostris moribus iacemus. Ecce autem dum de duobus vicijs celestis exercitus loquor: martyr quoque stephanus memorie occurrit: qui tentus pro creatoris sui nomine: et in medio persecutorum deductus: imperterritus statit: fiducialiter docuit: et ex zelo veritatis persecutores suos fortiter increpavit dicens: Vos semper spiritui sancto resististis. **Actu. 7.** Cumq; illi ad lapides currerent: flexo genu pro eisdem persecutoribus oravit dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Que itaque ista virtus est sic zelo feruere: ut eis a quibus terrebat perfidie impropria fiducia liter diceret: et sic diligere ut in morte quoque pro eis a quibus moriebat oraret? Sic quippe ex zelo inferbit: ac mansuetudinis nihil haberet. Et sic mansuetudinis dilatio persistit: ac si contra eos feruoris nihil habuisset. Pensemus inter hec: ubi nostre conscientie reatus iacet. Quis enim nostrum si salute verbi contumelia a proximo acceperit non confundit: commoveat: non ad odium erumpit: non preceptum dilectionis obliuiscit? Sed hoc stephanus ex omnipotentis dei gratia potuit: quia surgens in altitudinem porta fuit. Hoc nos miserum nostra virtute imitari non possumus: quia longe in feris sicut pavimentum iacemus. Quid autem nos in vita sanctorum de nostra admiratione dicimus: cum ipsi quoque antiqui patres predicatorum sancte ecclesie vitam considerantes valde admirati sunt? An non eorum vitam psalmista



admiratus est cum dicebat. **M**ibi autem valde honosati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Ps.** 138. **Q**uod de quibuscunq; amicis dicat ena, gelium interroga: in quo veritas predicationibus dicit. **N**os amici mei estis. **Job.** 16. **E**saïas quoque eorum vitam intravit: ait. **Q**ui sunt isti qui ut nubes volat. et sicut columbe ad fenestras suas: **Esa.** 60. **R**ecte autem predicatorum sancti nubes appellati sunt. quia verbis pluviant. miraculis choruscant. **Q**ui volare quoque ut nubes dicuntur. quia in terra viuentes extra terram sicut omne quod egerunt. **U**nde et per quandam nubem dicitur. **I**n carne enim ambulantes non secundum carnem militamus. **1. Corinth.** 10. **P**riores enim patres coniugij utebantur. filios procreabant. substantias possidebant. curis rei familiaris intendebant. **F**ilos autem prophetie tam spiritu previdentes substantias deserere. nihil in terra querere. nil possidere. non eos vel homines per terram ambulantes: sed nubes volantes nominat. **F**olant enim qui terram quasi non tangunt. quia in ipsa nil appetunt. **Q**ui et ad fenestras suas quasi columbe sunt. quia pro mansuetudinis sue spiritu in hoc mundo per oculos nil concupiscunt. **C**onsideremus ergo quam altitudinis iste spiritalis edificij porte sunt: quas et spirituales patres admirantur quantum nos in earum admiratione humiliare necesse est: qui pavementum sumus. **S**ed quia sub longitudinis appellatione altitudinem poteramus audivimus: nunc aliquid de earum latitudine cognoscamus. **S**equitur.

**E**t mensus est latitudinem a facie porte inferioris usque ad frontem atrij interioris extrinsecus. centum cubitos ad orientem et ad aquilonem.

**I**n quibus verbis si portam aditum accipimus quo ad cognitionem domini intramus. **P**orta inferior fides est. atrium ve-

ro interius contemplatio. **H**abet autem porta inferior latitudinem in facie. quia videlicet fides per charitatis sue amplitudinem habet eam que videtur a proximis operationem. **Q**uam dum fortiter a perfectioribus agi conspiciunt: nos qui in bonis actibus angustamur exempla per eos magnificationis accipimus. **E**t unaqueque sancta actio quasi quedam nobis sit latitudo interioris que prius erat angustia difficultatis. **H**abet quoque atrium interius frontem. quia contemplativa vita per quedam signa desideriorum et gemituum ostendit quantum intus videat que tantum amat. **B**enari autem numerus per semetipsum multiplicatus in centenarium surgit. **U**nde recte per centenarium magna perfectio designat. sicut de electis dicitur. **O**mnis qui relinquit domum vel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros propter nomen meum centuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. **Mat.** 19. **H**ec enim sanctus quoscumque ideo terrena deserit: ut hec possidere in hoc mundo multiplicius possit. **Q**ui quisque terrena studio terrena relinquit: terrena non relinquit: sed appetit. **N**ec qui unam uxorem deserit centus recepturus est: sed per centenarium numerum perfectio designat. **Q**ui quisque pro dei nomine temporalia atque terrena contemnit: et hic perfectionem mensur recipit. ut iam ea non appetat que contemnit: et in sequenti seculo ad eterne vite gloriis pervenit. **C**entes itaque recipit quod dedit qui perfectionis spiritum accipiens terrenis non indiget: etiam si hec non habet. **I**lle autem pauper est: qui eget eo quod non habet. **N**am qui et non habens habere non appetit: dives est. **P**aupertas quippe in inopiam mentis est non in quantitate possessionis. **N**am cui in paupertate bene convenit: non est pauper. **M**ensus est ergo vir latitudinem a facie porte inferioris: usque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos. **Q**uia redemptor noster quotidie per magistrorum atque doctorum in mensura perfectionis metitur vitam fidelium. vel in specie boni operis per fidem vel in sanctis des-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

derijs per contemplationē. Multi etenim videntur in fide positi magna operari: sed in centū cubitis non mesurantur. quia per ipsa que faciunt terrenā gloriam querunt. Et quidā videntur per abstinentiam cruciari. gemitibus insistere. sed eorum mensura ad centū cubitos minime ducitur. quia in his que agunt ab humano iudicio fauores requirunt. Quis ergo est qui per centū cubitos mesuratur: nisi is cuius bona operatio recta intentione vitur. ut in eo quod agit non ad terrena lucra appetenda aut ad laudes transitorias reflectat. Ecce enim misericordiam proximis exhibere. possessa largiri. cum celeritate indigentibus: latitudo in facie porte inferioris est. Sed si tua dano aliena non appetas. si terrenam gloriam de ipso bono opere non requiras: recte in centenario numero. id est in perfectione mensuraris. Nam qui videtur dare misericorditer propterea. et rapit forsitan violenter aliena: iste adhuc quod sit via perfectionis ignorat. Nec cognouit unde ad perfectionem tenditur. quia nec ipsius eius inritum inuenit. Primum enim appetitum euellere a mente debuit et postea que iure possidet largiri. Unde scriptum est. Declina a malo et fac bonum. psalmus 33. Quid enim potest esse bonum quod fecit: qui necdum a malo declinauit? Et sunt quidam qui sicut dictum est ab alimentis abstinent. carnem cruciant. sed tamen si pulsati fuerint cognoscuntur quia ad mundi gloriam anhelant. Ibi frontem atrij interioris ostendunt: sed per centum cubitos non mesurantur. Hi ergo in numero perfectionis sunt: de quibus per paulum dicitur. Qui carnes suas crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis. Gal. 5. Et notandum quia non dicitur quod intrinsecus: sed extrinsecus ista mesurantur. Quia videlicet redemptor nosster cum per nos facta hominum vel approbat: vel iudicat: non intrinsecus metitur. unde et per euangelium dicit. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Mat. 7. Quia enim per hoc quod videmus cognoscimus operantis animum quem non vide-

mus: siue latitudinem que in facie porte est inferioris: siue frontem atrij interioris extrinsecus metimur. Cum enim alios conspiciamus largiri elemosinam: afflicto occurrere. oppresso subuenire: nihil eos in hoc mundo glorie querere. nullis huius mundi compedijs inhiare. Atque alios videmus carnes domare. lacrymis insistere. verbis celestibus occupari. nihil transito: si honoris appetere. quid aliud debemus: nisi eos perfectos esse credere. sanctos estimare. Quia ergo per hoc quod aspiciamus eos perfectos esse videmus: eorum vitam per centum cubitos extrinsecus metimur. Et quia multi in iudea plerique vero in gentilitate positi ad hanc perfectionis summam venerunt: recte subiungitur Ad orientem et ad aquilonem. Iudaeorum etenim populus oriens iure dicitur est. de cuius carne ille est natus qui sol iusticie vocatur. De quo per prophetam dicitur. Nobis autem qui timetis dominum orientur sol iusticie. Mal. 4. Per aquilonem vero gentilitas figuratur que diu perfidie sue frigore torpuit: et in cuius corde ille regnauit: qui attestante propheta apud semetipsum dixit. Ponam sedem meam ad aquilonem. Esa. 14. Quia itaque incarnatus omnipotens deus alios perfectos ex iudea. alios ex gentilitate perfectos intra sanctam ecclesiam fecit: centum cubitos non solum ad orientem mensus est: sed etiam ad aquilonem. Sed quia sub aquilonis nomine de gentilitate sermo se intulit: considerare libet quantum super nos effusa sunt viscera creatoris nostri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes nostri lignis et lapidibus seruebant: et de relinquentes deum a quo facti sunt: deos venerati sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei gratiam ad lucem de tenebris venimus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus: et de luce quam accepimus gratias agamus. Nec enim diuinam misericordiam intelligit: qui sue miserie memorem non est. Unde et per psalmistam deo dicitur. Dirisa



ea misericordias tuas domine: qui saluos facis sperantes in te. **Ps. 16.** Tunc enim nobis dei misericordie mirificatur: cum nobis ad memoriam miserie nostre reuocantur. Quia recolentes quid fuimus: intelligimus cui debemus quod sumus.

**C**antemus itaque cum gaudio creatori nostro: qui de seruitio creature colla mentis excussimus. Gaudeamus in nobis impletum esse quod per **Isaia** dictum est. **Et** frenum erroris quod erat maxillis populozum canticum erit vobis sicut vox sanctificate solenitatis. **Esa. 30.** Frenu quippe erroris maxillas populozum constrinxerat: quando ydolorum errore obligata gentilitas: deo vero confessionis laudem dare nesciebat. **Sed** hoc ipsum erroris frenum iam nobis in canticu versum est: euz gaudento psallimus atque cantamus. **Omnes** dii gentium demonia: dominus autem celos fecit. **Ps. 95.** **Et** rursum. **Si** mulachra gentiu argenti et aurum: opera manuum hominum. **Os** habent et non loquuntur: oculos habent et non videbunt. **Nares** habent et non audiunt: nares habent et non odorabunt. **Manus** habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt. **Ps. 113.** **Qui** itaque hec omnia potenti domino psallendo dicimus: ipsum erroris nostri frenu quod a laude dei ora nostra ligauerat. vero domino canticuz fecimus. **Bene** autem dicitur. sicut vox sanctificate solenitatis. **Quia** dum confessionis laudem deo reddimus: in sanctificata solenitate gaudentus. **Respondeamus** ergo moribus tante misericordie redemptoris nostri: et qui lucem cognouimus: prauoru operum tenebras declinemus. **Quid** est iam rogo quod in hoc mundo libetis: **Quibus** luctus aspiciunt. **vbique** gemitus audimus. **Destruite** vrbes. **euerfa** sunt castra. **depopulati** agri. **in** solitudinez terra redacta est. **Nullis** in agris incola pedes: nullus in vrbebus habitator remansit. **Et** tamen ipse parue generis humani relique adhuc quotidie et sine cessatione feriuntur. **Et** sine non habent flagella cele-

stis iusticie. quia nec inter flagella coere sunt actionis culpe. **Alios** in captiuitatem duci. **alios** detruncari. **alios** interfici videmus. **Quid** est ergo quod in hac libeat fratres mei. **Si** et tale adhuc mundu diligimus non iam gaudia: sed vulnera amamus. **Ipsa** autem que aliquando mundi domina esse videbatur qualis remaserit **Roma**: conspicimus. **Immensis** doloribus multipliciter attrita. **de** solatione ciuituz: impressione hostium. **frequentia** ruinaruz. **Ita** ut in ea completuz esse videamus quod contra vrbe samaria per hunc eundem prophetam longe superius dicitur. **Pone** ollam. **pone** in aqua et mitte in ea aquas et congere frusta eius in ea. **Ezech. 24.** **Et** paulo post. **Efferbuit** coctio eius. et discocta sunt ossa illius in medio ei. **Et** iterum **Ecce** ossa que igne succedat. **Consument** carnes. et coquetur vniuersa propositio. et ossa tabescet. **Pone** quoque ea super prunas vacua ut incalecat et liquet es ei. **Tunc** enim nobis olla posita est: cum hec est ciuitas constituta. **Tunc** in ea aqua missa est: et frusta eius congesta sunt: quando ad eam vndique populi defluebant: qui velut aqua calens actionibus mundi feruescerent: et quasi frusta carniuum in ipso suo feruore liquarentur. **De** qua bene dicit. **Efferbuit** coctio eius: et discocta sunt ossa eius in medio illius. **Ezech. 24.** **Quia** prius quidem in ea vehementer incaluit actio glorie secularis: sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. **Per** ossa etenim potentes seculi. **per** carnes vero populi designatur. **Quia** sicut carnes portant ossibus: ita per potentes seculi infirmitas regis populozum. **Sed** ecce iam de illa omnes huiusmodi potentes ablati sunt. **ossa** ergo excocta sunt. **Ecce** populi defecerunt. **carnes** eius liquefacte sunt. **Dicit** itaque. **Ecce** ossa que igni succedat. **consument** carnes: et coquetur vniuersa compositio eius: et ossa tabescient. **Ubi** enim senatus: ubi iam populus. **Contrabuerunt** ossa: **consumptae** sunt carnes. **omnis** in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. **Excocta** est vni-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

uerfa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus: adhuc quotidie gladij: adhuc quotidie innumere tribulationes premunt. Dicatur ergo. **P**one quoque eas super prunas vacua. Quia senatus deest: populus interijt: et tamen in paucis qui sunt dolores et gemitus quotidie multiplicantur: iam vacua ardet roma. Quid autem ista de hominibus dicimus cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque destrui edificia videmus. Unde apte de civitate iam vacua subdit. Incalescat et liquefcat es eius. Jam enim et ipsa olla consumit in qua prius et carnes et ossa consumebantur. Quia postquam defecerunt homines etiam parietes cadunt. Ubi autem sunt qui in eius aliquando gloria letabantur: ubi eorum pompa: ubi superbia: ubi frequens et immoderatum gaudium? Impletum est in ea quod contra districtam nimiam per prophetam dicitur. Ubi est habitaculum leonum: et pascua catulorum leonum. Nam. 2. an eius duces ac principes leones non erant: qui per vias mundi provincias discurrerent predam feriendo et interficiendo rapiebant? Hic leonum catuli inueniebantur pascua: quia pueri: adulescentes: iuvenes: seculares: et secularium filij huc venditio concurrerant: cum proficere in hoc mundo voluissent. Sed iam ecce desolata: ecce contrita: ecce gemitibus oppressa est. Jam nemo ad eam currit: ut in hoc mundo proficiat: iam nullus potens et violentus remansit: qui opprimendo predam diripiat. Dicamus ergo. Ubi est habitaculum leonum: et pascua catulorum leonum? Contigit ei quod de iudea nouimus per prophetam dicitur. Dilata caluitium tuum sicut aquila. Caluitium quippe hominis in solo capite fieri solet. Caluitium vero aquile in toto corpore: quia cum valde senuerit: plume eius ac penne ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergo suum sicut aquila dilatat: quia plumas perdidit: que populum amisit. Alarum quoque penne ceciderunt: e quibus volare ad predam consueuerat: quia omnes potentes extincti sunt per quos aliam rapiebat. Nec autem que de romane ur-

bis contritio dicimus: in cunctis facta mundi ciuitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt: alia gladio consumpta: alia fame cruciata: alia terre hiatribus absorpta. Despicimus ergo ex toto animo hoc presens seculum: vel extinctum finiamus mundi desideria: saltem cum mundi fine imitemur bonorum facta que possumus. Apud orientem et aquilonem multi sunt: qui perfectione vite centum cubitis mensurantur. Et iudea etenim et gentilitate sicut ditatum est: ad sanctitatis culmen excreuerunt: quantum intelligi per orientem et aquilonem etiam iusti et peccatores possunt. Quis quippe non merito iusti nominantur: qui sicut in luce fidei nati sunt: in innocentia perseverant. Per aquilonem vero recte peccatores accipimus: qui meritis frigore delapsi: sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis dei misericordia etiam tales ad penitentiam reuocantur: compositio et lachrymis lauat virtutibus ditatur: usque ad perfectionis gloriam subleuat. Non centum cubitis solum ad orientem sed etiam ad aquilonem ducunt: dum cum iustis etiam peccatores per dona et penitentiam ad perfectionem veniunt. Per eum qui viuit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum. Amen.

**Explicit Omelia. XVIII.**

**Incipit Omelia. XIX. que exponit litteram. XL. capituli ab illa parte Portam vero que respiciebat viam aquilonis atrij exterioris. usque ad illam partem eiusdem capituli. Et porta atrij interioris in via australi. Et mensus est etc.]**



**M**agna legentium debet esse discretio: ut in sacro eloquio cum quilibet vnus sermo dicitur: non semper vnâ eandem rem significare credat. Sicut aliquando sol in bono: aliquando vero accipitur in malo. Solis etiam nomine aliquando signatur dominus: aliquando persecutio. Ante hanc autem libro sapientie: in inferno impij dicitur. Et rauimus a via veritatis: et sol iusticie non luxit nobis. Sapient. 5. Et de lactis semibibus dicit: Oportet sole aruerunt. Marci. 4. Quia videlicet facta persecutio: in reproborum cordibus predicatiois verba siccant. Sic leo dominum signat. Unde scriptum est. Uicit leo de tribu iuda. Apocal. 5. Sic leonis nomine diaboli similitudo exprimitur: sicut per primum pastorem dicit. Aduersarius vester dyabolus sicut leo rugiens circuit: querens quem deuoret. 1. Petri. 5. Sic bouis nomine sapiens designatur. Unde scriptum est. Non iunges bouem et asinum: id est sapientem cum stulto in predicatione non socias. Deut. 22. Sic per bouem fatuus figuratur: sicut de eo qui in turpitudine amoris captus est dicitur. Statimque eam sequitur: quasi bos ductus ad victimam: id est sicut fatuus trahitur ad mortem. Proverb. 7. Hec igitur dixi: ne quia porta significare dominum: vel predicatorum: vel scripturam sacram: vel fidem exposui. Abscumbat iam in hoc propheta porta legitur: signare aliud non credat. Cum enim de vna porta propheta loqueretur: recte fides intellecta est: quia vna est omnium electorum fides. Cum vero alie porte nominantur: intelligi ora predicatorum possunt: per que vera vita cognoscitur: et per que ascendit ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Nam portam per quam significare fidem diximus: notandum nobis est quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus quasi in imo positi adhuc inferius tenemur. Et recte inferior porta fides est: quia nobis in terra positus aperit cognitionem dei. Itaque nunc dicitur.

**P**ortam quoque que respicit

bat viam aquilonis atrij exterioris mensus est: tam in longitudine quam in latitudine: et thalamos eius tres hinc: et tres inde. Et frontes eius et vestibulum eius secundum mensuram porte prioris quinquaginta cubitorum: longitudinem eius et latitudinem viginti et quinque cubitorum. Fenestre autem eius et vestibulum sculpture secundum mensuram porte que respiciebat ad orientem: et septem graduum erat ascensus eius et vestibulum ante eam. ]

**D**e porta que respiciebat viam aquilonis atrij exterioris: eadem replicant que iam de porta alta superiori dicta sunt: atque alia subiungitur que de predicta porta propheta tacuerat. Et ergo de his latius disseramus: que necdum discussa sunt: debemus ea que dicta sunt sub breuitate replicare. Porta enim viam aquilonis respicit: cum predicator quisque vitam peccatoris agnoscit: eius interiora vite per verbum predicationis aperit: que porta atrij exterioris dicitur. Exterioris quippe est atrium vite piis in qua omne quod corporaliter agit: corporaliter etiam videtur. Que tam in longitudine quam in latitudine mensuratur: quia cum ad fidem peccator ducitur: necesse est ut eius doctor consideret vel quantum in longitudine spei vel quantum in latitudinem charitatis ex eius admonitione proficiat. Qui enim ad deum conuertitur: si adhuc bona vite presentis sperat: longitudinem non habet: quia breuis est vita in qua spem posuit. Si per terrenorum concupiscentiam et adhuc proximi odio coangustatur: latitudinem non habet: quia nescit vel transitoria contemnere: vel se in proximi amore dilatare. Cum vero conuersus quisque eterne vite



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

te gaudia longanimitate sperat: proximo-  
rum molestias cum charitate tolerat: et  
ea que non habet concupiscere contemnit:  
longitudinem et latitudinem porta habet:  
quia gloria predicatoris est perfectus au-  
ditoris. Unde quibusdam per magnam pre-  
dicatorem dicit: Gaudium meum et corona  
mea. Philip. 4. Et rursum. Ecce nunc  
vivo: si vos statis in domo. 1. 1. Thes. 3.  
Atque iterum. Que est nostra spes: aut gau-  
dium: nonne vos ante dominum? 1. Thessa-  
lon. 2. Longitudo ergo et latitudo porte  
est que ad aquilonem respicit: quia cum in  
fidelium quicquam in peccati sui frigore tor-  
pentem predicator ad fidem converterit: per  
hoc quod enim in longitudinem spei tendit: et in  
amplitudinem charitatis dilatat: eius glo-  
riam facit. Et quia in cognitione sancte tri-  
nitatis ex verbo predicationis auditores  
quique in eiusdem trinitatis amore proficiunt  
habet hec eadem porta thalamos tres hinc  
et tres inde: quia omne quod per testamen-  
tum novum de trinitate conditor loquitur:  
hoc etiam de testamento veteri ostendit.  
Et cor audientium in amore celestis patrie  
perficit: ut anima inherens deo: quasi spou-  
sa cum sponso in quodam iam thalamo se-  
deat: atque se a terrenis desideriis fundi-  
tus auertat. Vel certe ut longe superius  
dictum est: quia tres sunt ordines bene vi-  
uentium: bonorum scilicet conjugatorum: con-  
tinentium: atque predicatorum. Et quia alij etiam  
in coniugiis positi: amore celestis patrie  
anhelant: alij autem spe eterni gau-  
dij etiam carnem macerant: omnesque actus  
terrenos refugiant: et in cura huius seculi  
implicari contemnant: alij vero et terre-  
na bona despiciunt: et celestia gaudia pre-  
dicant que cognouerunt. Quid isti nisi in  
spiritali edificio thalami sunt: in quorum  
cognitione et meditatione anima celesti spon-  
so sociatur? Nos tres bonorum ordines:  
quia non solum ecclesia ex gentibus habet:  
sed aliquando etiam synagoga habuit  
dum magna multitudo spiritualium redem-  
ptoris gratiam ardentem expectavit: porta  
edificij celestis tres hinc: et tres inde thas-

alamos habet. Quia predicator quisque est  
ad supernam patriam auditorem pronocat  
et novos patres et veteres anhelasse cele-  
sti desiderio demonstrat. Plus enim ple-  
rimum exemplum et rationabilis verba con-  
pungunt. Et cum predicator dicit: qua-  
les alij in coniugio: vel in continentia: vel  
in predicatione erga omnipotentis dei amo-  
rem in nouo testamento fuerint: vel alij  
quales in veteri porta que loquitur ternos  
ex utroque latere habere thalamos ostendit.  
Que porta habet et frontem: quia sunt  
in predicatoris vita aperta que opera videntur  
habet et ante frontem vestibulum: quia pri-  
usque bona opera insinuet: predicat fidem  
per quam anima humiliter veniens ad bono-  
rum actu alitudinem subleuet. Que  
cuncta secundum mensuram porte prioris sunt:  
iuxta hoc quod subdit. Quia mensus est  
quingenta cubitorum longitudinem eius:  
et latitudinem viginti quinque cubitorum. Hec  
iam superius latius me dixisse meministis.  
Per quinquagenarium enim numerum re-  
quiem diximus figurari: quia et quinquagesimum  
veteri populo in requiem datur:  
qui appellatus est iubileus: et septenarius  
us numerus per quem hoc officium tempus  
euoluitur septies multiplicatus: ad qua-  
draginta et nouem ducitur. Qui monas  
additur: quia in vniuersa contemplatione re-  
quies eterna perficitur. Idem ergo quinquagenarius  
numerus nobis in longitudinem est: quia peruenire ad illam requiem  
non potest: nisi qui ad eam spem suam  
modo tendere longanimitate potest. Quia  
enim per quinquagenarium numerum ad  
eternam requiem perueniamus: etiam hoc  
nos omnino instruit: quod in tabernaculo  
decem cortine iusse sunt fieri: que ha-  
berent ansulas quinquagenas: et circulos  
aureos quinquagenos a latere et summi-  
tate. Cortine tabernaculi sancti omnes  
sunt: qui ex diuersis virtutum coloribus in  
sancte ecclesie ornamento proficiunt. Qui  
et interiora velant: et exteriora omnimodo  
exornant: quia eorum vita in quantum vi-  
detur ornamentum est: et eorum intellectus



Intus absconditus: dñi celestia que in mēte seruant edicere non possunt: in eis aliis quo modo velatur. Recte autem decem cortine sunt: quia per decalogi studium ipsa sanctorum corda profecerunt. **I**nacinctus vero ansule cortinarum fieri qui quingenta precepta sunt. **I**nacinctus celi specie habet. **A**nsule ergo cortinarum sunt precepta celestia in quibus ligantur anime: ut ab inferioribus subleuante superius pendeant. **Q**ue videlicet ansule habent et circulos aureos: intellectum scilicet vera sapientia fulgentem. **Q**ui intellectus quia esse debet per omnia circumspiciendus: et caute sollicitudinis vigilatia munitus: recte per circulos designatur. **E**t notandum quod a latere et summitate iacentis ansule vel circuli in cortinis fieri: quia precepta celestia et intellectus spiritualis non solum debet nos sursum in dei amore suscipere: sed etiam proximo in charitate sociare. **I**n eo enim quod conditorum nostrum diligimus: quasi per superiores ansulas in aere pendemus. **I**n eo vero quod sicut nosmetipsos proximo et amamus: ansulas et circulos a latere habemus: ut cortine tabernaculi: id est fidelium anime per charitatem coniuncte sint: et non per discordiam diuisae. **U**nde et hic post longitudinem quinquaginta cubitorum protinus latitudo subiungitur: viginti et quatuor cubitorum: que videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet. **I**psa enim in fratrum amore se dilatat: atque erga eos omne quod potest boni operis exercet. **C**uncta autem bona opera que corporaliter sunt: per quinque corporeos sensus exhibentur: videlicet per visum: auditum: tactum: gustum: odoratum. **Q**ui narius vero numerus per seuerissimum ductus ad vicissimum et quintum peruenit: quia bona opera cum agi ceperint: per seruitutem animi ad augmentum excitant: et per se metipsa multiplicant. **U**nde et latitudinem menti faciunt: ut non sit angusta per teporem: sed expansa in bonis actibus per charitatem. **O**mnis enim corporis teporis angusta est: omnis vero benignitas cha-

ritatis magna latitudo. **N**am et si res debent: que fortasse indigent proximo prebeant: ampla est substantia volitatis bone que sufficit ad regni retributionem: sicut scriptum est. **I**n terra hominibus bone voluntatis. **Luce. 2. Sequitur.**

**[** **F**enestre autem eius vestibulum et sculpture: secundum mensuram porte: que respiciebat ad orientem. ]

**C**uncta hec iam superius latius dicta sunt et ideo sermo non debet morosa expositione tardare. **H**oc tamen magnopere notandum est: quod porta ad aquilonem ea omnia habere perhibet: que porta ad orientem: fenestras scilicet contemplationis: vestibulum humilitatis: sculpturam bone operationis. **O**mnes enim qui per hoc quod deo in conuersatione nati sunt: in innocentia perstiterunt: portam ad orientem habent: quia eis celestis regni aditus patet ex lumine quod acceperunt. **E**t omnes qui in peccatis postmodum lapsi torporis sui frigore sunt depressi: sed per penitentiam redeunt ad amorem celestis patrie et recalescunt: portam ad aquilonem habent: quia eis etiam post peccati sui frigus regni aditus per misericordiam patet. **E**t ergo habere dicitur ad aquilonem: quia et conuersi peccatores sic vitantur virtutibus: sicut illi sunt diuites: qui cadere in peccati penitentiam vitauerunt. **U**nde et psalmiste voce per dominum dicit: **I**ncrem sicut panem maducabam. **ps. 101.** **Q**uia sic penitentes recipit ut iustos. **S**criptum quippe est de peccatoribus. **Q**um in cilicio et cinere penitentiam egissent. **Mat. 11.** **C**um ergo sicut panis comedit: quoniam auctori suo peccator per penitentiam sicut innocens reuocatur. **P**orta igitur ad aquilonem habet fenestras: habet vestibulum: habet sculpture: quod cum peccator ad vitam post culpas reducit: sepe lumen contemplationis accipit: atque de ipsa memoria iniquitatis sue gratiam magne humilitatis: bone et operatio nis efficaciam: ut omne quod fieri precipit: in vita eius quasi sculptum esse videat. **S**eptimo ergo gra-



## Expositio beati Gregorii pape super Ezechielem

Quum erat ascensus eius: et vest. bulli ante eam. Septe gradibus ad portam ascēditur. quia per sancti spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni celestis aperit. Quā septiformē gratiam Esaias in ipso nostro capite: vel in eius corpore quod sumus enumerans: dicit. Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilii et fortitudinis. spiritus scientie et veritatis. et replebit eum spiritus timoris domini. Esa. 11. Quos gradus de celestibus loquens descendēdo magis quam ascendendo numeravit. videlicet sapientiam. intellectū. consiliū. fortitudinē. scientiam. pietatem. timorē. Et cum scriptum sit. Initium sapientie timor domini. Proverb. 9. Constat proculdubio quod a timore ad sapientiam ascenditur. non autē a sapientia ad timorē reditur. quod nimirū perfectas habet sapientia charitatem. Et scriptum est. Perfecta charitas foras mittit timorem. I. Job. 4. Propheta ergo quod de celestibus ad ima loquebatur: cepit magis a sapientia et descendit ad timorē. Sed nos qui a terrenis ad celestia tendimus: eosdē gradus ascendendo enumeremus: ut a timore ad sapientiam pervenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor domini. secundus pietas. tertius scientia. quartus fortitudo. quintus consiliū. sextus intellectus. septimus sapientia. Est enim timor domini in mente. Sed qualis est iste timor: si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat. qui compati eius tribulationibus dissimulat: bullus timor ante omnipotentis dei oculos nullus est. quia non subleuatur ad pietatem. Sed sepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet: si fortasse pepercerit que parcēda non sunt. Peccata etenim que feriri gehēne ignibus sunt: discipline verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat: ad eternū supplicium pertrahit. Et ergo vera et ordinata sit pietas: ad gradum est alium subleuanda. id est ad scientiam. ut sciat vel quid ex misericordia puniat: vel

quid ex pietate dimittat. Sed quid si sciat at quid agere quis debeat: virtutes vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem. ut cum videt quod agendum sit: hoc agere per mentis fortitudinem possit. ne timor trepidet: et pauore collapsus non valeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improuida fuerit et minus contra vitia et reuspecta ipsa sui presumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consiliū: ut previdendo finitiat omne quod agere fortiter potest. Et esse consiliū non potest si intellectus deest. quia qui non intelligit malum quod agentem grauat: quomodo potest bonum solidare quod adiuvat? Itaque consilio ascendam ad intellectū. Sed quid si intellectus magno quidem acumine vigilet: et moderari se nesciat per maturitates? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam. ut hoc quod acute intellectus inuenit: sapientia mature disponat. Quia igitur per timorē surgimus ad pietatem: per pietatem ad scientiam duimur. per scientiam ad fortitudinem roboramur. per fortitudinem ad consilium tendimus. per consilium intellectu proficimus. per intellectū ad maturitates sapientie peruenimus: septē gradibus ad portam ascendimus. per quā nobis aditū vite spiritualis aperitur. Bene autē dicitur quia vestibulū erat ante eam. Quia nisi quis prius humilitatez habuerit: ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit. sicut scriptus est. Super quez requiescit spiritus meus: nisi super humilem et quietū: et tremēte sermones meos. Esa. 66. De quo per psalmistā dicitur. Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarū. ps. 83. Conualis quippe humilis locus est. et peccator quisque dum se in lachrymis humiliter affigit in corde: per ascensum virtutū proficit. Qui rursus ait. Emitte fontes in conuallibus. ps. 103. Quis potēs deus dona spiritali gratie humilibus prestat. Por quod per vestibulū fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradum et portam. quod prius ad fidem venimus: ut postmodum per spiri-



talium bonorum gradus celestis vite aditum intremus. Actus. 10. Non enim virtutibus venit ad fidem: sed per fidei pertingit ad virtutes. Cornelius enim centurio cuius ele mofyne ante baptismum angelo testate laudate sunt: non operibus venit ad fidem: sed fide venit ad opera. Nam et ei per angelum dicitur. Oratões tue et elemofyne ascenderunt in conspectum dei. Ibidem. Si enim deum vere et ante baptismum non crederat quid orabat: vel quomodo hunc omnipotentem deum exaudierat: si non ab ipso se in bonis perfici petebat. Sciebat igitur creatori omnium deum: sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset ignorabat. Neque enim poterat bona agere: nisi ante credidisset. Scriptum namque est. Sine fide impossibile est placere deo. Heb. 11. Fide ergo habuit: cuius operationes et elemofyne placere poterunt. Bona autem actione permunit ut deum perfecte cognosceret: et incarnationis eius mysterium crederet: quatenus ad sacramentum baptismatis perveniret. Per fidem ergo venit ad opera: sed per opera soli datus in fide. Testibus itaque gradus est: quod qui prius credidit: ipse post virtutum gradibus ad portam aditum ascendit. Sequitur.

**B** Et porta atrij interioris contra portam aquilonis et orientalem.

Hoc loco contra non per adversitatem ponitur sed per rectitudinem: ita enim porta interioris atrij posita monstrabat: ut porta aquilonis et orientis perfecto ad eam aditu tenderet. Quid est ergo quod porta interior recto itinere posita contra portam orientis et aquilonis ostendit: nisi hoc quod aperte dicitur intelligi: quia siue iudaeo et gentili populo: siue iustus et peccatoribus: sed post peccata conversis eque aditum regni celestis aperit. Magna est enim misericordia creatoris nostri. Et porta interior non solum portam orientis respicit: sed etiam aquilonis. Quia non solum his qui in innocentia permanent: sed etiam peccatoribus peccata sua penitendo damnationibus aperit interioris atrij gaudia ut ineffabilia mysteria patrie cele-

stis agnoscat: agnoscendo sitiatur: sitiendo currat: currendo perveniat. Nec eterni gaudij secreta cognoverat qui dicebat. Sitiavit anima mea ad deum vinum: quando veniam et parebo ante faciem dei. ps. 61. Predicatori gentium ad hunc aditum regni celestis ambulabat: cum dicebat. Cupio dissolvi et esse cum christo. Philip. 1. Nec exultationis occulte secreta cognoverat sponsa: que dicebat. Dilectus meus misit manum suam per foramen: et venter meus intremuit ad tactum eius. Cant. 5. Dilectus etiam manum per foramen mittit: quando virtute sua dominum nostrum animum per subtiliter intellectum pulsat. Et venter intactu illius contremiscent: quia infirmitas nostra per hoc quod celestis gaudij intellectu tangitur: ipsa sua exultatione turbatur. Et fit in mente pavore cum leticia: quia et si iam sentit quid de celestis gaudio diligit: adhuc metuit ne non percipiat quod vix tenuiter sentit. Quid igitur restat nisi ut se ad perfectioris vite cursum dirigat: omnes qui illa gaudia patrie celestis agnoscent: Unde hic aperte subiungit.

**E**t mensus est a porta usque ad portam centum cubitos.]

Centenarium numerum: quia decies per decem ducitur: iam superius diximus esse perfectum. Is itaque qui aditum atrij interioris videt: perfecto necesse est ut per vitam perfectioris currat: et a porta inchoationis usque ad consumationis ingressus perveniat. De suret igitur atrium interius quod a portis exterioribus usque ad portam interioram tendit centum cubitis: ut qui intrare amando cepit: latitudinem perfectionis habeat in mente. Quatenus in eo que diligit: hunc nec adversa coangustent: sed transitoria cuncta despiciens quousque ad gaudia secreta perveniat et per atrium perfectionis currat. Sunt etiam multi qui iam in septem gradibus aditum porte exterioris intraverunt iuxta quandam superne dispensationis modum: per timorem dei humiles: per pietatis studium misericordes: per scientiam districti: per mentis fortitudinem liberi: per consilium cauti: per intellex-



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

etū puidit: per sapientiā maturi. Sed ad  
huc quibusdā necessitatib⁹ obligati: bus  
tus mūdi curis inseruiūt. Et vnde iam ex  
magna parte excusserūt animū: ibi adhuc  
tenent inuiti. Cūq; sup̄imposita terrene  
occupatiōis portāt onera: minus in prece  
ptis celestibus exercent. Et dū anhelare  
medullitus ad eternā patriam nō vacat:  
ip̄a in eis sua aliquo modo desideria lan  
guescūt: q̄ animo curis sp̄alibus sp̄editi  
vera gaudia que cognouerūt amare nō tā  
tum licet quantū liber. Hi plerūq; a iugo  
mūdi colla mentis excutiūt: oīa deserunt:  
terrene cure pōdera deponūt. Atq; vt ad  
celestē desiderij latius animi sinū laxāt:  
vitā remotā petunt: et in ea sanctis p̄cipi  
intenti: sacris meditatiōibus deditā quot  
tidiano se fletu afficiūt: et vetustatē cordis  
igne amoris cōflant: atq; ad celestē gau  
diū accendēdo se innouāt. Hi plerūq; in  
ip̄o suo deserto accensi exire tā de carne  
concupiscūt: atq; ad vitā presentē redire  
post fletū noliūt. Sed tamen differunt vt  
dilatus amor ex ip̄a sua dilatiōe p̄ficiat:  
et ardētū desiderio quasi qd negat crescat.  
Sic in regione gerasenoꝝ qui liberat⁹ a  
legiōe demonū fuerat: iam cū dño ire vo  
lebat: sed tamen ei dicit: Reuertere in do  
mū tuam: et narra quāta fecerit tibi dñs.  
Luce. 8. Sic sponsa in canticis canticorū  
sanctis desiderijs anxia loquit̄ dicens: In  
lectulo meo per noctes quesiui quē dili  
git animā mea. Quesiui illū et nō inueni.  
Cantico. 3. In lectulo em̄ dilectū querit:  
quādo in ip̄o suo ocio et vacatiōe quā ap  
petit iam videre anima dominū concupis  
cūt: iam ad eum exire desiderat: iam cares  
re presentis vite tenebris anhelat. Sed  
querit illū et nō inuenit: quia quāuis ma  
gno amore desiderat: adhuc tamē ei non  
concedit̄ videre quem amat. Tales itaq;  
sanctorū mētes quid aliud in hoc deside  
rio faciūt: nisi qd iam a portis exteriorib⁹  
per atrijū interioris ad portā currūt? Qui  
bus sepe euenit: vt cū se viderint magno  
celestis gratie munere cōpuncto: iam se  
perfectos existimēt: et obediētēq; putent.

Sed quia nullus est qui dura p̄cipiat: pa  
tientes se esse credāt: sed quia nemo eos  
per cōtumelias et aduersitates pulsat: et et  
plerūq; p̄rigit vt spiritalē miserij vel iui  
ti suscipiāt: atq; ad gubernatiōē fidelij  
deducant. Qui cū magnis tribulatiōib⁹  
fuerint hinc inde pulsati: turbati mēte ses  
se inspectos inueniūt qui nō pulsati per  
fectos se esse crediderūt. Quia ex re agit  
vt ad semetip̄os colligāt: et apud se oppro  
briū sue infirmitatis erubescāt: atq; ex ip̄a  
sua cōfusione roborati cōtra aduersa pati  
entiā opponāt: et ex tribulatiōe p̄ficiant:  
qui prius in ocio ex ip̄a sua securitate tor  
pebant. Et veraciter esse tales incipiūt:  
quales se esse prius inaniter putauerūt.  
Hi itaq; cū a portis exterioribus vsq; ad  
interiorē portā p̄ boni studij arriū deserūt  
hocip̄m in eis arriū centū cubitis mensu  
ratur: quia dilectiōe et exercitio in sancta  
quottidie perfectiōe proficiūt. Per quot  
tidiana em̄ desideria in mēte perficit: qua  
si centū est cubitis iterius atrijū mēsurari.  
Iccirco ergo a portis vsq; ad portā centū  
sunt cubiti: vt quasi quedā more vnde sit  
ip̄a dilatio viuendi: per quā quottidie in  
virtutibus crescit: vt ad interiorē aditum  
perfectius perueniat. Sequit̄.

**¶** Et eduxit me ad viam au  
stralem: et ecce porta que respici  
ebat ad austrum. Et mensus est  
frontem eius: et vestibulū eius  
iuxta mensuras superiores. Et  
fenestras eius: et vestibula in cir  
cuito sicut fenestras ceteras: quā  
quaginta cubitorū longitudinē:  
et latitudinē viginti quinq; cu  
bitorum. Et in gradibus septē  
ascendebatur ad eam: et vestibū  
lum ante fores eius.]

**¶** Tunc hec lux oriētis et aquilonis por



ta iā dicta sūt: & congruū nō est vt ea que  
semel ac secūdo exponētes diximus: septi-  
us replicem<sup>9</sup>. Notandū tamen nobis est  
quia in spiritali edificio alter adit<sup>9</sup> ad ori-  
entem: alius ad aquilonē: atq; ali<sup>9</sup> ad au-  
strū patet. Sicut em̄ aquilōis frigore pec-  
catores: ita per australe viā feruentes spi-  
ritu designant<sup>r</sup>. Qui calore sancti spiritus  
accensī: velut in meridiana luce virtutib<sup>9</sup>  
excrescūt. Pateat itaq; porta ad orientē:  
vt hi qui sacramēta fidei bene inchoaue-  
rūt: & in nulla postmodū viciozū profundi-  
tate demersi sūt: ad gaudia secreta perue-  
niāt. Pateat porta ad aquilonē: vt hi q̄  
post inchoationē calorē & lūmīs in pctō-  
rū suoz frigore & obscuritate dilapsi sūt p̄  
cōpunctionē penitente ad veniā redeāt:  
et que si interne retributiōis vera leticia  
cognoscāt. Pateat porta ad meridiē: vt  
hi qui in sanctis desiderijs in virtutibus  
feruēt: spiritali intellectu quottidie inter-  
ni gaudij mysteria penetrent. Inter hec  
autē queri potest: cū quattuor hui<sup>9</sup> mun-  
di partes sint: cur in hoc edificio de exte-  
riorē nō quattuor: sed tres porte esse me-  
morant<sup>r</sup>? Quod recte querendū fuerat: si  
propheta nō spiritale sed corporale edifi-  
ciū vidisset. Sancta em̄ ecclesia: idest spi-  
ritale edificij: vt ad secreta gaudia pertin-  
gat: tres solūmodo portas habet: videli-  
cet fidem: spem: atq; charitatē. Nam ad  
orientē: aliam ad aquilonē: tertiā ad meri-  
diem. Porta quippe in oriente est fides:  
quia per ipam lux vera nascit in mente.  
Porta ad aquilonē spes: quia vnusquis-  
q; in peccatis positus: si de venia despe-  
rauerit: funditus perit. Unde necesse est:  
vt qui per suam iniquitatem extinct<sup>9</sup> est:  
per spem misericordie reuiuiscat. Porta  
ad meridiē charitas: quia igne amoris ar-  
det. In meridiana etenim parte sol in altū  
ducitur: quia per charitatem lumen fidei  
in dei & proximi dilectiōe subleuat. Tri-  
bus igitur portis ad interius atrij tendi-  
tur: quia per fidem: spem: atq; charitatē  
ad gaudia secreta peruenitur. Alia quo-  
q; questio oritur: cur porta atrij interio-

ris posita contra portam orientis & aquilō-  
nis dicitur: & qn ad australem portam  
pateat tacetur? Sed quia per orientem in-  
choantes: per aquilonem lapsos dicim<sup>9</sup>  
designari: dignum fuit vt vel de inchoan-  
tibus quibus adhuc sol in tepore est: vel  
etiam de lapsis: sed per conuersionem re-  
deuntibus aperte diceretur: q̄ eis porta  
atrij interioris pateat. Quatenus ex istis  
nos certos faceret: de quib<sup>9</sup> dubitare pos-  
tuerat. Hoc autem de porta australi dice-  
dum non erat: quia eos ad gaudia inter-  
na pertingeret: qui seruoze spiritus in vir-  
tutibus permanent nullus ignozat. Ses-  
quitur.

**Et celate palme erant: vna  
hinc: et altera inde in fronte  
eius.**

Quid est hoc quod prius in frontibus  
pictura palmarum: nūc autem celate pal-  
me in fronte esse memorantur? Sed sicut  
iam superius diximus: Pictura palmas-  
rum est ostensio signozum. Hunc vero ce-  
latura palmarum dicit<sup>r</sup>: vt bonozum ope-  
rum demōstratio designetur. Ibis enim  
summīs pdicatoribus dicit<sup>r</sup>: Videāt ope-  
ra vestra bona: & glorificēt patrōm vestrū  
qui in celis est. Mat. 5. Qui igitur in  
vita sua impressa esse sancta opera demō-  
strant: palmas in fronte celatas habent:  
quia quāta illos impostorum victoria les-  
quatur: iam nunc in sanctis suis operi-  
bus ostendunt. Cel certe quia fidem per  
orientis: spem per aquilonis: charitatem  
vero per australem portam diximus desi-  
gnari. Notandum vero nobis est: quia in  
orientis porta pictura palmarum: in aquilō-  
ne vero et meridiē celatura esse perbia-  
betur. Quia cōtingit sepe vt hi qui ad-  
huc inchoantes sunt: necdum se in operi-  
bus solidis ac magnis exercent. Hi ve-  
ro qui post iniquitates ad virtutē redeūt:  
plerūq; vt culpas suas ante omnipotentis  
dei oculos tegere valeāt: in magnis opē-  
bus exercēt. Et q̄ iā seruoze spūs acib<sup>9</sup> &



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

virtutibus excreuerunt: quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In orientis ergo porta pictura est. in aquilonis vero et meridiei celatura. Quia signum victorie quod inchoantibus ostenditur: hoc in reuertentibus atque feruentibus iam solidius et robustius tenetur. Notandum quoque magnopere est. quod dicitur hinc et inde. Omnes enim qui ad viam aditum tendimus: et ex dextero et sinistro latere habere palmam debemus. Quod enim hinc et inde dicitur. laetus vtriusque signatur. A dextero igitur palmam habet is: quem prospera non extollunt. A sinistro palmam habet is: quem aduersa non deiciunt. Quasi ex vtraque parte portabat paulus palmam cum diceret. Per arma iusticie a dexteris et a sinistris per gloriam et ignobilitatem. per infamiam et bonam famam ut iuductores et veraces. 2. Cor. 6. Non hunc aduersa frangebant. non prospera in mentis tumore subleuant. Hinc inde ergo gestabat palmam. quia et in aduersitate fortis. et in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur: habere in dextera preterit palmam nescit. Quisquis in aduersitatibus frangitur: portare palmam a sinistro latere ignorat. At ergo hinc et inde palma gestet in fronte: adesse semper nostris mentibus debet et in aduersis fiducia: et in prosperis timor. Ne aut aduersa in desperationem pertrahant: aut prospera animum in sui fiducia am extollant. Hinc est quod idem egregius predicator dicebat. Scio et humiliari: scio et abundare. vbi que et in omnibus institutus sum. Et satiari. et esurire. et abundare. et penuriam pati. omnia possum in eo quod me confortat. Phil. 4. Nunquid fratres ars est aliqua humiliari et abundare: satiari et esurire. abundare et penurias pati. ut pro magno se ista scire tantus predicator insinuet? Ars omnino et mira discipline scientia: que toto nobis cordis est nisu discenda. Quae enim penuria sua non frangit. a gratiarum actione non retrahit. in rerum temporalium desiderium non accedit: scit humiliari. Hoc enim loco apostolus humiliari: di-

cit penuriam perpeti. Haec statim e contrario subiungit. scio et abundare. Qui enim acceptis rebus non extollit. qui eas ad usum vane glorie non intorquet: qui solus non possidet quod accepit. sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui accepta alimenta non ad ingurgitationem ventris vitur: sed ad reparationem virtutis. nec plus carni tribuit quam necessitas petit: scit satiari. Qui alimentorum inoptiam sine murmuratione tolerat. nec per necessitatem virtutis agit aliquid. vnde antequam peccati laqueum incurrat: scit esurire. Quem ergo nec abundantia in superbia eleuat. nec in necessitate cupiditas irizat: nouit abundare: nouit penuriam pati. Qui cum statim subdidit: omnia possit ne elationis esse verba crediderimus: ad iunxit in eo qui me confortauit. Ecce in altum ramus prodijt. Sed quia in radice se tenuit: in viriditate permansit. In altum enim surgens areficeret: si se radice diuisisset. Sibi enim nihil tribuit. quia omnia se posse non in se: sed in eo qui se confortat fatetur. Hinc et inde ergo predicator egregius palmam habet: quem nec abundantia in superbiam: nec in opia ad avaritiam pertrahit. Discamus itaque fratres non solum in prosperis: sed et in aduersis quoque gratias agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor noster. nosque adoptiuos filios ad hereditatem regni celestis nutrit. Et non solum ponis reficit: sed etiam flagellis erudit. Discamus igitur abundare. ut cuncta que ab eo accepimus cum indigentibus partiamur. ut mentem abundantiam non eleuet: ne fortasse gaudeat. quia hoc ad se sibi quod deest alteri. et non tam communi bono: sed proprio letet. A priuato gaudio veritas ad commune discipulos reuocat: cum eos de predicatione redeuntes et de subiectione demonum letantes admonet: dicens. Nolite gaudere super hoc: sed potius gaudete et exultate. quia nomina vestra scripta sunt in celo. Luc. 10. Non enim omnes electi demonia eiiciunt: sed tamen electorum omnium nomina celo



tenentur ascripta. Admonentur ergo discipuli priuata leticia deponere. de comuni autem et perpetua felicitate gaudere. **Quisquis** itaque in eo gaudet quod alter non habet: ex ipsa sua abundantia deterior factus: gaudium priuatum habet. **Contra** huius nos appetitum abundantie **Iohannes** admonet dicens. Nolite diligere mundum: neque ea que in mundo sunt. **I. Iob. 2.** **Qui** mori ratione subdidit quare. **Si quis** diligit mundum: non est charitas patris in eo. **Ibidem.** **Nemo** enim potest duobus dominis seruire. quia non valet simul transitoria et eterna diligere. **Si** enim eternitatem diligimus cuncta temporalia in usu non in affectu possidemus. **Qui** eandem rationem patinus subdit: dicens. **Quia** omne quod in mundo est: concupiscentia carnis est. et concupiscentia oculorum. et supbia vite. **I. Iob. 2.** **Ideo** enim habere aliquid homines et ultra quod necesse est concupiscunt: ut habendo superbiunt. et quod hoc alius non habet: se in cogitationibus extollunt. **Quisquis** itaque talis est: adhuc ad portandam abundantiam doctus non est. **Sepe** autem quod auaricia ex appetitu suggerit: necessitatem putat. **Et** cum minora sufficiant: dolet maiora deesse: atque incautus animus quando quasi necessitatem patitur quam parit. **Et** cum nimia sunt que desiderat: suam sibi auariciam aliquo modo excusat. **Abundantia** itaque superbie vicina est. **Qua** si quando etiam cupiditas intercepta: hanc (ut ita dixerim) quasi peregrina captiuitas inuasit. **Si** igitur abutendi artem scire volumus: necesse est ut non solum ea que vicina sunt: sed ea etiam que de longinquo veniunt vitia fugiamus. **Discamus** penuriam pati. ne ea que non habemus habere etiam cum culpa requiramus. ne felices putemus quos rebus onustus cernimus. **Phil. 4.** **Nimia** valde sunt ea que sibi quasi in sumptus vite presentis preparant. **Multa** portant: sed in via breui. **Magna** est in hoc itinere socii paupertas que animi non angustat. cum deest terrena substantia de qua eterno iudici rationes ponamus. **Liberi**

ad patriam tendimus. quia quasi in via perdere caremus. **Discamus** satiari: ne in sumendis alimentis corporis gula magis quam necessitati seruiamus. **Plus** enim concupiscentia quam necessitas petit. **Et** sepe dum carnis inopie satisfacere curamus voluptas surripit: modum refectionis excedit. **Unde** fit ut culpa transeat ad culpam quia plerumque inde alia tentatio carnis nascitur: per carnem imoderata refectione seruitur. **Expectata** etenim primi hominis infirmitate natura: in hoc mundo cum nostris tentationibus nascimur. **Et** caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere: aliquando autem seductrix in malo. **Si** igitur ei plus quam debemus tribuimus: hostem nutrimus. **Et** si necessitati eius que debemus non reddimus: eum necamus. **Satianda** itaque est caro: sed ad hoc usque ut in bono nobis opere famulari sufficiat. **Nam** quisquis ei tantum tribuit ut superbiat: satiari penitus ignorat. **Ars** itaque magna est satiari: ne vnusquisque per saturitatem carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. **Discamus** esurire: ut nobis propter abundantiam sequentes nostra hic inopia placeat. **Nec** nos vestris necessitas ad culpam trahat: nec peccatum menti ipsa indigentia suggerat. **Et** dum caro fame afficitur: ad cupiditatem animus irretitur: et querat cum culpa peruidere unde carni valeat in necessitate satisfacere. ne cor in indignationem profluat: et linguam in murmurationis amaritudinem accendat. **Qui** igitur in carnis sue inopia se hinc inde circumspicit. atque a peccati laqueo custodit: nouit esurire. **Hos** itaque fratres charissimi iram atque auariciam in aduersitate fugientes et elationem et immoderata gaudia in prosperitate declinantes. quia per fidem. spem. atque charitates interioris vite arrium tribus portis intrare conspiciunt: palmas hinc et inde teneamus. **Liber** adhuc alterum eum celestis patrie ad metes reducere et qualiter hinc inde palmam teneat demonstrare. **Beatus** etenim iob cum esset viris orientalibus ditior: et ei prospera cuncta suppeterent. **si**



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

lils polleret. familia cresceret. greges exuperarent. in tanto omnipotentis dei timore perstitit: vt inter custodiam discipline. inter acta iusticie. inter multa humilitatis obsequia. misericordie operibus intētus. sacrificijs offerens deditus. holocausta domino pro singulis filijs immolaret: ne quis eorum saltē in corde peccasset. Pensemus ergo quāta erat custodia boni operis: qui in filijs suis exiabat sacrificijs culpas cordis. Sed quā iustus esset in prosperitate innotuerat. Valde autem ignotum erat: si perseverare iustus et inter flagella potuisset. Tangēdus ergo erat verberare vir ille sanctus in prosperis: interrogatur aduersis. vt qui notus erat omnipotenti domino: notus per flagella fieret nobis et sibi metipsi. Disponente itaque domino consumpti sunt greges. interfecti custodes. cversa domus. extincti filij. percussa caro a planta pedis vsq; ad verticem. Remansit vxor incolumis: que verborum laculis vulnera auget. Sed hanc vir sanctus in tēratione sanus. i vulnere prudenter docet: ei q; respondet dicens. Si bona accepimus de manu domini: mala quare non suscipiamus. Job. 2. Amici quoq; ad consolandū veniunt: ad contumelias prorumpūt. et in dolore vulnerum: addunt adhuc vulnera verborum. In misericordē dicunt: raptorem nominant. violentū denunciant. oppressorem pauperū farentur. Quid igitur miles dei faceret inter dolētia vulnera et amara verba depressus? Ecce flagella dei et verba hominū simul afflicti animus ad desperationem premunt. sed virtute spiritus plenus: carnis vulneribus iacens. mētis robore stans. cōtra desperationis impulsus rediit ad memoriā bona que egerat. Quia misericors fuerat: dicit. Oculi mei fuit cecus: et pes claudus. Job. 29. Et rursum. Pater eram pauperum. Ibidem. Quia discipline custos et benignus: dicit. Cum q; sederem quasi rex circūspectante me ex erātū: eram tamen merentū consolator.

Ibidem. Quia humilis fuerat: dicit. Si contempsi subire iudicium cuius seruo meo et ancilla mea: cum disceptarent aduersus me. Job. 21. Quia hospitalis fuerit. fateatur. Si desperi pretereuntē eo q; non habuerit indumentum. Ibidem. Quia largus in donis: dicit. Si non benedixerunt mihi latera eius: et de velleribus ouium meorum calefactus est. Ibidem. Quia violentus non fuerat testatur dicens. Si leuasui super pupillum manum meam: cum viderem me in porta superiorē. Ibidem. Quia de inimici periculo nunq; exultauit: dicit. Si gauissus sum ad ruinas eius: qui me oderat. Ibidem. Quia patientis fuit et etiam suorum maliciaz equanimiter pertulit: dicit. Si non dixerunt visum tabernaculi mei: quis det de carnisibus eius et saturemur? Ibidem. Quid est hoc q; vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est q; ore suo opera que fecerat laudat: nisi quia inter vulnera et verba que hunc ad desperationē trahere poterāt ad spem animū reformat. Et qui in prosperitate humilis fuit: reuocatis bonis suis ad memoriā: intactus in aduersitate permansit. Cuius enim animus inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent: nisi sibi ad memoriā bona que fecerat reuocasset. Vidit igitur sanctus vir mentem suam auditis tot malis ad desperationē conculci: et mirabiliter studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est. In die bonorum ne immemor sis malorum: et in die malorum ne immemor sis bonorum. Eccl. 11. Si ei cū bona hēmus maloz remiscimur: q; aut iam passi sumus: aut adhuc pati possumus: accepta bona mentē non eleuant. quia eorum gaudium timor memorie maloz premit. Et si cum mala habemus bonoz remiscimur: que aut iam accepimus: aut adhuc nos posse accipere speramus: malorum pondus animum ad desperationem non premit. quia hunc ad spem memoriā



honorum leuat. **S**istatq; fratres charissimi mi & per precepta dominica: & per exempla gradimur vt nos nec prosperitas eleuet: nec aduersitas frāgat: habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc & inde monstramus. **C**ui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

**Explicit omelia. XIX.**

**I**ncipit omelia. XX. que exponit litteram. XL. capi. ab illa parte. **E**t porta atrij interioris in via australi. vsq; ad illaz partem in eodem capi. **E**t in vestibulo porte due mēse hinc & due mense inde.

**P**rophete verba que largiēte domo hodie charitati vestre loquenda sunt: lectione magis indigent q̄ expositione. **E**a enim in tribus portis interioribus replicantur: que secundo iaz vel tertio de exteriorib; dicta sunt. **P**auca vero in earum descriptione permittantur. **A**nde necesse est ea nos que iaz dicta sunt replicare. vt ea que diceyda sunt licētius possumus enodare. **I**taque nunc dicitur.

**E**t porta atrij interioris in via australi. & mensus est a porta vsq; ad portam in via australi centum cubitos. **E**t introduxit me in atrium interius ad portā australem. & mensus est portā iuxta mensuras superiores. thalamū eius frontem eius & vestibuluz eius eisdem mensuris. **E**t fene-

stras eius: & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis & latitudinis viginti quinq; cubitos: & vestibulum per gyrum.

**T**uncta hec superius dicta atq; exposita esse meministis. **H**ec dum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur. longitudine viginti & quinq; cubitorum: & latitudine quinq; cubitorum. & vestibulum eius ad atrium exterius. **A**tq; iteruz hoc qd iam superius dictum fuerat replicatur cum dicitur. **E**t palmas eius in fronte: & statim qd adhuc dictuz nō fuerat subditur. **E**t octo gradus erant in quib; ascēdebatur ad eam. **H**oc quoq; qd de australi porta scriptū est: de orientali quoq; porta in eodem ordine narratur. **H**am protinus subinfertur.

**E**t introduxit me in atrium interius per portam orientalem: & mensus est portam scdm mensuras superiores. thalamum eius & frontez eius & vestibula eius sicut supra. & fenestras ei; et vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitoꝝ latitudine viginti quinq; cubitorum. **E**t vestibulū eius id est atrij exterioris: & palme celate in fronte eius hinc & inde & in octo gradus ascensus eius.

**E**a quoq; que de australi porta & orientali dicta sunt: in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit replicantur. **H**am subditur.

**E**t introduxit me ad portas que respiciebat ad aquilonē: et



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mensus est scdm mensuras superioris thalamū eius: et frontē ei⁹ et vestibulū eius: et fenestras eius per circuitū: longitudinez quinquaginta cubitorū: latitudinē viginti quinq; cubitorū: et vestibulum eius respiciebat in atriū exterius: et celatura palmarū in fronte illius hinc et inde in octo gradus ascensus eius.]

**Q**uid itaq; interiori atrio: quid thalamo: quid frontib⁹: quid vestibulo: qd fenestris: quid lōgitudine et latitudine: qd palmarū celatura signef: late iam superioris diximus. **H**ec oportet vt in eisdē iterū sed in his solūmodo que needū dicta sunt occupemur. **N**unc ergo querendū nobis est que iste tres porte interiores sint: vel quid est qd earundē portarū vestibula viginti quinq; cubitis longitudine: et quinq; cubitis latitudine metiunt: vel cur ad eas non septē sicut de portis exterioribus dictū fuerat: sed octo gradibus ascenditur. **P**orta em̄ atrij interioris que superi⁹ dicta est: de his tribus portis interioribus non est: quia illa cōtra orientis et aquilonis portā respicere dicit: iste autē singule interioris ad austrū vel orientē et aquilonē posse esse memorant. **U**nde recte per illam aditus interior designatur: quia sicut precedētī locutiōe iam dictum est: vel iudee et gentilitatis: vel inchoatibus atq; in bono perseverantibus: vel a bono cadentibus: sed post culpas per penitentia surgentibus patet. **N**ūc autem post qd singule in oriente et aquillone et austro porte descripte sunt: cur interioris atrij rursū porte singule in austro et oriente atq; aquillone describunt? **A**spirante domio magna intentiōe opus est sinū tante profunditatis indagare. **S**i em̄ portarū nomine sanctos predicatores accipimus: sciendū nobis est quia vna est ecclesia in predicatoribus testamenti veteris ac noui. **P**orte autē septē

vel octo gradus habent: quia sancti spiritus septiformē gratiam cōcorditer predicat. **O**ctauo vero gradu adnūciat premiū retributiōis eterne. **U**nde scripsit est. **P**arces septē: necnō et octo. **E**ccl̄s. 11. **Q**uid itaq; dicere possumus exterioris portae: nisi aliquos patres fuisse qui per precepta legis nouerāt opera populi magis qd corda custodire: vt interioris portae predicatores sancte ecclesie debeam⁹ accipere: qui spiritualib⁹ monitis discipulorū suorū corda custodiūt: ne malis que nō faciūt vel in cogitatiōib⁹ delectent. **P**er illas em̄ septem gradibus ascendi dicit: istarū vero octo gradū ascensus esse perhibet. **Q**uia et in veneratiōe legis dies septimus fuit: et in nouo testamēto octauus dies in sacramēto est: is videlicet qui dominic⁹ appellat⁹: qui tertius a passione sed octauus a cōditione est: quia et septimū sequit. **S**in vero portarū noīe solos intelligim⁹ sanctos aplos designari: qui videlicet primi nobis sunt sancte ecclesie predicatores: et nos fidē spem atq; charitatē summope tenuere docuerūt. **I**psi itaq; nobis in his virtutib⁹ porte sunt: qd nos per easdē virtutes ad interiorē intellectū eterne sapiētie perducit. **S**ed si ipsi exteriores porte sunt: qd accipim⁹ interiores? **S**i vero ipsi interiores sūt: quos intelligimus exteriores? **Q**uia in re intelligi vtiliter potest: qd ipsi nobis et exteriores simul et interiores porte sūt. **C**um em̄ adhuc inchoatib⁹ nō alta et mystica: sed quedā que capi preualēt predicat⁹: porte exteriores sunt. **C**ū vero perfectis pfunda et mystica loquūt⁹: porte interiores. **A**ideam⁹ qualiter porta exterior pateat. **N**on potui vobis loq; quasi spiritualib⁹: sed quasi carnalibus tanq; paruulis in xp̄o: hac vobis portū dedi non elescā. **1. Corinth. 3.** **A**ideam⁹ qualiter porta interior pateat. **S**apientia loq;mur inter perfectos. **1. Corinth. 2.** **A**ideam⁹ vtrū ipsa eadē sit porta interior et exterior. **S**apientibus et insipientibus debitor sum. **Rom. 1.** **Q**ui rursū dicit: **S**ive mē te excedimus: deo: sive sobrii sumus: vobis



bis. 2. Corinth. 5. In hoc enim quod contem-  
plando et loquendo sapientibus mente exce-  
dit: porta interior est. In hoc vero quod par-  
uulis sobrie in predicatione se temperat: et  
quanta ebrietate spiritus infundat in men-  
te cum predicat non offendit: exterioris por-  
tam se manifestat. Ipsi itaque et exteriores  
porte nobis sunt et interiores: que nos et  
in primo aditu fidei: spei: atque charitatis  
instituit. Et cum iam proficietibus celestis  
regni mysteria predicat: per subtiliore sen-  
sum nos ad interiora perducit. Unde et  
per septem gradus prius ascensus earum des-  
cribitur: et postmodum per octo. Per octauum  
etiam gradum illius vite mysteria signan-  
tur: quae in secretis suis perfecti intelli-  
gunt: qui iam cuncta temporalia mente trans-  
scendere nouerunt: qui presentem vitam que  
septem dierum curriculo enoluit plene des-  
piciunt: qui de intima contemplatione pas-  
cuntur. Habet igitur porte spiritualis edificii se-  
ptem gradus: quia timore domini: pietate  
et scientia: fortitudine et consilium: intelle-  
ctum et sapientiam suis auditoribus predicat.  
Sed cum iam omnia dimittit precipit: cum  
nihil in hoc mundo diligi admonet: nil per-  
fectum tenet: vim contemplationis celestis  
patrie intelli: atque eius suadet mysterijs  
delectari: gradum addit ad interiora transi-  
ciunt. Ille gradus docente veritate cuidam  
ostensus est: cui cum legis precepta dicerentur:  
respondit. Hec omnia custodiam a iuente  
mea. Marth. 19. Quasi enim iam in se-  
ptem gradibus stabat: cum a iuuentute sua  
omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dici-  
tur: Adhuc unum tibi desit. Si vis perfec-  
tus esse: vade vende omnia que habes et  
da pauperibus: et habebis thesaurum in ce-  
lo: et veni sequere me. Ibidem. In quibus  
verbis octauum equidem gradum vidit: sed  
ascendere noluit: quia tristis abcessit.  
Quisquis itaque contemptis rebus tempo-  
ralibus eternitatis contemplatione pasce-  
re celestis regni gaudia rimat. Post septem  
gradus quos timedo et operando atque in-  
tellectu sapientie sue crescendo tenuit: octa-  
mo gradu interioris porte aditum intravit.

Per octauum vero numerum et dies eterni  
iudicij: et carnis resurrectio designat. An-  
de et psalmus qui pro octaua scribit a pas-  
sione iudicij est inchoatus: cum dicitur: Do-  
mine ne in ira tua arguas me: neque in fure-  
re tuo corripas me. ps. 6. Hunc enim  
tempus est misericordie: in illo autem iudi-  
cio dies ire. In quo videlicet die omne hoc  
tempus finit: quod septem diebus enoluit.  
Et quia post septem dies sequitur: iure octa-  
uus appellatur. In quo et caro nostra resur-  
git ex puluere: ut siue bona siue mala que  
egit recipiat a veritate. Unde per legem  
quocumque octavo die fieri circumcisio iubetur.  
Genes. 7. Nam per membrum quod circū-  
cidit: mortalis propagatio generat: dece-  
dentium quocumque et succedentium numerus au-  
getur. Sed quia in resurrectione mortuo-  
rum: nec carnis iam propagatio agit: et de-  
cessio atque successio nulla erit: quia sicus  
scriptum est. Neque nubet: neque nubent: sed  
erunt sicut angeli in celo. Marth. 22. et  
Marth. 12. et Luce. 20. octaua die pre-  
cipitur preputium incidere. Ibi enim locum iam  
carnis propagatio non tenet: ubi resurgens  
caro perseverantia eternitatis habet. Per  
hoc verbum mater virgo descendit: que de  
um in utero sine virilis carnis admixtio-  
ne concepit: qui primus nobis eterne pas-  
sionis gloriam in sua resurrectione monstra-  
uit. Qui surgens a mortuis iam non mor-  
tatur: et mors ei ultra non dominabit. Ro-  
man. 6. Nobiscum exemplum dedit: ut ea fieri  
in die ultimo de nostra carne credamus  
que facta de carne illius in die resurrectio-  
nis agnouimus. Sed quia de carnis res-  
urrectione nobis sermo se intulit: triste ni-  
mis et valde lugubre est: quod quosdam in ec-  
clesia stare: et de carnis resurrectione du-  
bitare cognoscimus. Hanc autem antiqui  
patres venturam esse certissime credide-  
runt etiam cum nullum adhuc eiusdem resur-  
rectionis exemplum tenuerit. Quia igitur  
damnatio digni sunt: qui et exemplum  
iam dominice resurrectionis acceperunt: et  
tamen de sua resurrectione diffidunt? I-  
gnis tenent et fidem non habent. Ecclesia



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

as replent: sed quia de resurrectione sua dubitant: ipsi quoque mente vacua stant. De hac quippe resurrectione per beatum Iob dicitur: Scio enim quod redemptor meus uiuit: et in nouissimo die de terra sur-  
recturus sum: et rursum circumdabo pellem meam: et in carne mea uidebo deum. Quem uisurus sum ego ipse: et oculi mei conspici-  
enturi sunt: et non alius. Iob. 19. Hinc etiam per psalmistam dicitur: In conspectu eius proci-  
dunt uniuersi qui descendunt in terram. ps. 21. In terram enim mortui non spiritu: sed corpore descendunt. In conspe-  
ctu ergo domini proci-  
dunt: quia resurgendo ad iudicium uen-  
iunt: qui nunc in puluere putres-  
cunt. Hinc iterum dicit: Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter et caro mea. ps. 52. Sitit anima ad deum: uideat ca-  
ro quid sitit: ut resurgat. Hinc rursus ait: Aufer spiritum eorum et deficient: et in pul-  
uerem suam reuertentur. ps. 103. Voxque de carnis resurrectione subiungit. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Ibidem. Hinc iterum dicit: Exurge domine in requiem tuam: tu et archa sanctificationis tue. ps. 131. Exsurrexit enim dominus in requiem suam cum carne sua: de sepulchro suscitauit. Post hunc quoque exurgit et archa: quia resurgit ecclesia. Hinc per eundem prophetam de quo loquimur scriptum est. Ezechiel. 37. Ossa arida audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intro-  
mittam in uobis spiritum et uiuetis. Et dabo super uos ueruos: et succrescere faciam super uos carnes: et superextendam in uos cutem: et dabo uobis spiritum et uiuetis. Ibi-  
dem. Hinc est quod propheta alius per resurrectionem domini humanum genus uidit in fine suscitari: atque ait. Quificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos et uiuemus in conspectu eius. Ossee. 6. Hinc est quod cum de semetipso dominus loqueretur: adiunxit. Nolite mirari hoc: quia uenit hora: in qua omnes qui in monumento sunt audient uocem eius. Et procedet qui bo-

na fecerunt in resurrectione uitae: qui uero mala egerunt in resurrectione iudicij. Iobis. 5. Hinc paulus ait: Unde etiam saluatorem expectamus dominum Iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Philippien. 3. Hinc iterum dicit: Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. 1. Thessal. 4. Qui rursus ait: Primitie dormientium christi. 1. Corinth. 15. Si enim nos a mortuis somno non sursumus: quomodo resurrectionis nem dominicam primitias habemus? Ecce ueteres ac noui patres: uno sibi spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se ueritas patrum uoce docuit: quod de resurrectione carnis postmodum opere demonstrat: et tamen adhuc quorundam infirmitas fidem non habet in domo fidei stans. Sed mirari solent qualiter caro reuiuiscere possit ex puluere. Miratur igitur altitudinem celi: molem terre: abyssus aquarum: omnia que in mundo sunt ipsos quoque angelos creatos ex nihilo. Minus est ualde aliquid ex aliquo faceret: quod omnia ex nihilo fecisset. Ipsa nobis elementa ipse rerum species resurrectionis imaginem predicant. Sol enim quotidie nostris oculis moritur: quotidie resurgit. Stelle matutinis horis nobis occidunt: uespere resurgunt. Arbusta estatis temporibus plena folijs et frugibus uidemus: que in uespere mali tempore nuda folijs floribus ac fructibus: et quasi arida remanent: sed uernali sole redente: cum a radice humor surreperit: suo iterum decore uestiuntur. Cur ergo de hominibus diffiditur quod fieri in lignis uidetur: Sed sepe in puluere putrescentes carnes aspiciunt et dicunt. Unde ossa et medulle: unde caro uel capilli poterunt in resurrectione reparari? Hec itaque requirentes parua semina lignum arborum uideant: atque si possunt dicant. Ubi in eis latet tanta moles roboris: tanta diuersitas ramorum: tanta multitudo et uiriditas foliorum: tanta species



florum: tanta vbertas sapor atq; odor fru-  
ctuum? Nunquid semina arborum vel sapo-  
rem habent: quem ipse post arbores in fru-  
ctibus proferunt? Si ergo ex semina-  
mine arborum quod videri non potest pro-  
duci potest: cur de puluere carnis huma-  
ne diffidit: quia ex eo reparari forma va-  
leat que non videtur? Sepe autem obis-  
cere inanem questiculam solent: qua vis-  
cunt. Carnē hominis lupus comedit: lupo  
leo deuorauit: leo moriens: ad pul-  
uerē redijt: cum puluis ille suscitaf: quo  
modo caro hominis lupi et leonis carne di-  
uiditur? Quibus quid respondere aliud  
debemus: nisi vt prius cogitent qualiter  
in hoc mundo venerint: et tunc inuentent  
qualiter resurgant. Certe tu homo qui lo-  
queris: aliquādo in matris utero spuma  
sanguinis fuisti: ibi quippe ex patris semi-  
ne et matris sanguine paruus ac liquidus  
globus eras. Dic rogo si noski qualiter il-  
le humor feminis in ossibus duruit: qua-  
liter in medullis liquidus remansit: qua-  
liter in neruis solidat? est: qualiter in car-  
ne creuit: qualiter in cute extēsus est: qua-  
liter in capillis atq; vnguib? distinctus:  
ita vt capilli molliores carnib? et vngues  
essent teneriores ossibus: carnibus durio-  
res. Si igitur tot et tanta ex vno semine per  
species distincta sunt: et tamen in forma  
remanent coniūcta: quid mirum si possit  
omnipotens deus in illa resurrectione mor-  
tuorum carnē hominis distinguere a car-  
ne bestiarum: vt vnus idemq; puluis et  
non surgat inquatūm puluis lupi et leo-  
nis est: et tamen resurgat inquatūm pul-  
uis est hominis. Vide itaq; homo qualiter  
ad vitam venisti: et nequaquā dubites  
ad vitam qualiter redeas. Cur autem ra-  
tione vis comprehendere quomodo rede-  
as: qui ignoras quomodo venisti? Pa-  
tentie creatoris tui quod comprehendere  
non vales de temetipso. Certe enim quia  
tu ex terra factus es: terra vero ex nihilo  
tu es creatus ex nihilo. Ne ergo de car-  
nis tue resurrectione desperes: perpende  
pudenter: quia minus est deo reparare

quod erat: q̄ fecisse quod non erat. Sed  
non potes per resurrectionis effectum ra-  
tione cōprehendere: perpende q̄ multa  
sunt que nō intelligis qualiter sint: et ta-  
men esse nō dubitas. Dic rogo si noski gy-  
ros celi: terre cardines: aquarū abyssus:  
vbi finiūtur: vbi suspensi sunt? Scimus  
autem quia q̄ ex nihilo factum est: pen-  
det in nihilo. Sed si est aliquid q̄ dicitur  
nihilū: iam nihilum nō est. Si autem ni-  
hil est nihilū: nusq; mundi moles depres-  
hendet: nec vbi sit quod creatū est vt sit.  
Quomodo ergo nusq; est: quod nouim?  
quia est? Sed hec fortasse ad te multa sūt  
ad temetipsum homo reuertere. Certe ex  
spiritu es creatus: et limo. Anō inuisibili:  
altero visibili: vno sēsibili: et altero insen-  
sibili. Quomodo ergo permisci in te pos-  
tuit spiritus et limus: atq; ex diuerso fieri  
res nō diuersa: ita vt in tanta cōueni-  
tia m̄sceret spiritus et limus: vt cum ca-  
ro atteritur spiritus marceat: et cum spiri-  
tus affligit caro contabescat. Sed forsi-  
tan necdū preuales discutere temetipsum:  
perpēde rogo si vales quomodo rubrum  
mare virga diuisum est. Exod. 14. quo-  
modo petre duritia: percussioe virge vni-  
das emanauit. Num. 20. quomodo aarō  
virga sicca floruit. Num. 17. Quomodo  
ex eius genere veniēs virgo cōcepit: quo-  
modo et in partu virgo permāsit: quomō  
quatrīduan? mortuus insiōe suscitatus:  
ligatus manib? ac pedibus de sepulchro  
exijt: quē postmodū solui dñs per discipu-  
los iussit. Job. 6. quō idem redēptor nos-  
ter in verā carne atq; ossibus resurgens:  
clausis ostijs ad discipulos intrauit. Job.  
20. Ecce hec inuestigare nō vales: et tū  
credis. Cur q̄ de resurrectione glia dubi-  
tādo et discutiedo dubitas: q̄ tā multa my-  
steria sine discussioe credidisti? Qui tū si  
resurrectionē carnis nō credis: omnia sine  
causa credidisti. Quia in hoc angeloz spe-  
ctaculo videris quidē velocitē currere: s̄  
postq; cursus pegeris: ne brauiū accipias  
auerfari. An per paulū dī. Sic curritez  
vt cōprehendatis. I. Cor. 9. Qui turs



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

sus ait. **S**i in hac vita I christo tantū sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominib⁹. **1. Cor. 15.** Diuine autem virtutis mysteria que comprehendere non possunt. nō intellectu discutēda sūt: sed fide veneranda. **S**ciendū itaq; nobis est. quia quicquid ratione hominis comprehendere potest: mirū esse iam nō potest. **S**ed sola est in miraculis ratio potētia facientis. **E**cce dum de resurrectione carnis loquimur: ab expositionis ordine paululum digressi sumus. **A**d ea ergo que cepimus: redeamus. **H**abent autē interiores porte vestibula: que viginti et quinq; cubitis in longitudine metiunt. **S**i enī octo ter duccimus: ad viginti et quattuor peruenimus. **C**ui vnus additur: vt viginti et quinq; teneamus. **A**uditores etenim boni qui quasi quedam vestibula sunt portarū eterne spei: longanimitatē tenent. octauū diem in trinitatis fidem sustinent. **Q**ue trinitas quia vnus est deus. octo quidem per tria ducunt: sed in vnus dei confessioe solidant. **P**lana sūt vestibula. qz huiusmodi sunt corda bonorum auditorū. **H**abent longitudinem. quia in spei perseverant longanimitatē. **V**iginti et quinq; cubitis earum longitudo mensurat. quia resurrectionē carnis in octaua per trinitatē credūt: et eandē sanctam trinitatē vnū esse deum fatent. **H**abent quoq; quinq; cubitos latitudinē. quia per vitam simplicē que quinq; sensibus dicitur: circa amorē proximi dilatantur. **B**Et notandū qz postq; portarū vestibula superius alia dicta sunt. postmodū vestibulum qd quinq; cubitis habet latitudinē exterius respicere dicitur. quia nimirū sunt auditores alij qui intellectū interioris vite magnis virtutibus proficiendo penetrāt. et sunt quidam simplices qui bene quidem: sed iuxta sensus corporeos viuunt. **E**nde et exterius respicere dicuntur. **Q**uasi enī extra respiciunt. quia iuxta sensus corporeos viuunt. **S**ed tamen et exterius respicientes intus sunt. quia et si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt: fidē ta-

men atq; charitatē et humilitatē tenent. **E**t intus ergo sunt in spiritali edificio per amorem. et quasi foris respiciunt per simplicitatem. **P**otest per vestibulū qd exterius respicit fides inchoantiū designari. et per vestibulum qd est interius fides perfectorum: qui iam per eam in virtutibus emicant. **P**ossunt etiam per vestibulum interius precepta altiora. per vestibulum vero qd respicit exterius precepta adhuc minima figurari. **P**er vestibulū quippe litur ad gradus et ad portam. quia per precepta predicationis pertingit ad virtutes atq; aditum gratie celestis. **E**um vero iubet alijs in cogitatione sua eterna meditari. celestia sapere. **E**sq; dicitur in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus viuere: quasi interius vestibulū offenditur quod quinquaginta cubitis longitudine et viginti quinq; latitudine mensurat. **D**e quib⁹ numeris nunc tacemus. quia ex his iam multa superius diximus. **C**ū vero alijs precipitur. vxori vir debitū reddat. similiter autem et vxor viro: quasi vestibulū qd exterius respicit designatur. **1. Cor. 7.** **Q**d quāuis extra respiciat: tamē intus est. qz rudis auditor et adhuc agit qd carnis est et tamen a bonorū numero alienus nō est. **P**otest autem et per orientis portā domus. et per austrāle iudea. per aquilonis vero conuersa gentilitas designari. **S**ed hac in re questio animū pulsatur: cur in superioriori narratione prophete prius orientalis. postmodū aquilonis. ac deinde austru porta descripta est? **C**ūq; easdem portas interiori atrio narret: prius portam austris. deinde orientis. et tertio in loco descriptam aquilonis. **C**ur autem nō eundē ordinem quē ceperat tenuit: sed hunc in portarum descriptione permutauit: vt et pri⁹ diceret. orientis portam aquilonis et austris et postmodū austris orientis et aquilonis. **S**ed si aquilonis nomine gentilitas designatur: cunctis studiose legētib⁹ liquet quia ante synagogā gentilitas fuit. **M**az et vir ipse a quo hebrei appellati sūt ex gentibus est electus. **Scñ. 10.** **D**icitur ergo



porta orientalis ante portas aquilonis et austri. quia in dignitate sua dominus ante gentilitatem et iudeam natus est. quia et ante omnia secula. Dicatur vero narratione subsequenti porta austri orientis et aquilonis. quia redemptor prior nostrer in humana natura inter iudeam et gentilitatem nasci dignatus est. Quia et in fide synagoge venit et ante initium ecclesie quam ex gentibus collegit. In prima ergo descriptione fit orientalis porta ante portam aquilonis et austri. in secunda autem inter portam austri et aquilonis orientis porta nominetur. quia ex diuinitate antecessit omnia et ex humanitate venit inter omnia. Quia et decedentis iudee finis factus est: et subsequens gentilitatis initium. Igitur quia ea que nec vix dicta fuerant ut domino largiente potuimus rimari sumus: et ea que sepius sunt replicata transcurrimus. Hunc ad ea venimus que sic iam per ordinem dicitur. ut in eis pene nihil de his que dicta sunt replicetur.

### Et per singula gazaphilatia ostium in frontibus portarum.

Gazaphilatia superius diximus corda doctorum: que scientie diuitias seruant. Frontes autem portarum sunt verba atque opera predicatorum: in quibus eos foris agnoscimus quales apud se intrinsecus viuunt. Est autem ostium per gazaphilatia singula in frontibus portarum. quia unusquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit. in dictis et operibus patrum. Cum enim Petri apostoli predicationem discutimus. cum pauli verba perscrutamur. cum Iohannis euangelium inuestigamus. atque ex eorum verbis auditores nostros ad iteriorum intellectum trahimus: quid aliud agimus nisi ostium in portarum frontibus aperimus. Dicatur ergo per singula gazaphilatia ostium in frontibus portarum. quia si doctor hoc quod loquitur apostolorum dictis minime confirmat in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet: dici iam gazaphilatum spirituales edificij non potest. quia si intellectum

non aperit: doctor non est. Cum vero auditores boni per ora docentium apostolorum dicta et opera cognoscunt: culpas suas apud semetipsos tacite reprehendunt. et lachrymis insequantur omne quod se egisse inique meminunt. Unde hinc quoque de ostio quod est in frontibus portarum subdit.

### Ubi lauabunt holocaustum.

Qui enim se per fidem in conuersatione sancta domino deuouerunt: holocaustum domini non faciunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiunt. quia adhuc in eis cordis mundicia sordidus cogitationibus inquinat: quotidie ad lachrymas redeunt assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta et facta considerant. et cum se indignos pensant: peccatorum ostio holocaustum lauam. Ecce enim quis pro timore omnipotentis domini esse patiens deuouit. nulli conuictus pro conuictio reddere. omnia equanimiter tollerare. Et tamen cum hunc contumelia ab ore proximi illata subito percussit: turbatur. forte aliquid loquitur: quod loqui non debuit. Certe iste iam holocaustum est sed adhuc inquinatum. Fortasse contra illas contumelias patientiam exhibuit. tacitus permansit sed tamen contra easdem contumelias quas portat dolore tangit: cuiusque animus in charitate furtiuus. Patientia enim vera est: que et ipsum amat quem portat. Non tolerare sed odisse: non est virtus mansuetudinis. sed velamentum furoris. Sic itaque sepe in cogitatione sua se iudicari reprehendit semetipsum quia dolet: nec tamen apud se preualet obtinere ne doleat. Jam ergo per bonam deuotionem holocaustum est: sed tamen per dolorem quo tangitur adhuc inquinatum. Alius ea possidet apud semetipsum decreuit indigentibus cuncta tribuere. nil sibi reseruare. via tam suam soli supne gubernationi committere. Sed dum prebet pauperibus que habet: fortasse cogitatio mentis subrepat que dicit. Unde uiuis. si cuncta dederis? Nec tamen desistit tribuere. Sed quod letus dare ceperat: postmodum tristis prebet. Quid huius



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

inēs nisi misericordie holocaustū est? **S**z tamen per tristitiā cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa non debuit: aut post deliberationēz nullo modo dubitare. Alius contēpta mundi supbia honores atq; dignitates huius seculi de creuit vitare. Altimū appetit inter homines locum tenere vt tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria: quāto humilior aspicitur in transeunte vita. **I**s fortal se cum subito se a pximo despici agnoscit de dignatur cur despicitur. **A**lii quidem in loco humili: sed tamē attendi contempnibilis non vult. **H**unc iam deuotio eleuat: sed adhuc infirmitas grauat. **I**am ergo per deuotionem holocaustū est: sed adhuc ex infirmitate inq̄natū. **H**i itaq; qui in eis que optime deuouerunt aliqua infirmitate sui culpa tanguntur: cum p̄ verba doctorum dicta patrū intelligunt. et in quanta culpa iaceant agnoscunt. seq; ipsos penitentie lamentis afficit: holocaustum in ostio portarum lauant. **S**ciendūz vero est quia hoc inter sacrificium atq; holocaustum distat qd̄ omne holocaustū sacrificium est: sed non omne sacrificiūz holocaustum. **I**n sacrificio etenim pars peccudis. in holocausto vero totū pecus offerri consueuerat. **A**nde et holocaustū latina lingua torum incensum dicitur. **H**ec semus ergo quid est sacrificium: quid holocaustum. **C**um enim quis suūz aliquid deo vouet et aliquid non vouet: sacrificiūz est. **C**um vero omne qd̄ habet. omne qd̄ vult. omne quod sapit omnipotenti deo vouerit: holocaustū est. **N**am sunt quidā qui adhuc mente in hoc mundo retinentur: et tamē ex possessis rebus subsidia egētibz ministrant. oppressos defendere festinant. **I**sti in bonis que faciunt sacrificiūz offerunt. quia et aliquid de actione sua deo imolant: et aliquid sibi metipsis reseruant. **E**t sūt quidā qui nihil sibi metipsis reseruant: sed sensum. linguam. vitā. atq; substantiam quam perceperunt: omnipotenti domino immolāt. **Q**uid isti nisi holocaustū offerunt: immo magis holocau-

sum sunt. **I**sraheliticus etenim populus primum sacrificium in egypto obrulit. **Exo. 12.** **S**ecūdū vero in heremo. **Exo. 13.** **Q**ui itaq; adhuc mentem habet in seculo: sed boni iam aliqui operatur: deo sacrificium obrulit in egypto. **Q**ui vero presens seculum deserit. et agit bona que valet: quasi iam egypto derelicto sacrificium prebet in heremo. quia repulso strepitu desideriorū carnalium in mentis sue quiete atq; solitudine deo immolat quiete quid operatur. **Q**uia ergo sicut dictū est sacrificium sit etiam holocaustum: maius tamen est holocaustū sacrificio. quia mente que huius mundi delectatione nō premitur: totum in omnipotentis dei sacrificio incenditur quod habetur. **S**ed sciendum nobis est quia sunt quidam que etiā seculum relinquentes totum quidem qd̄ habent offerunt: sed tamen in bonis que agunt minime compunguntur. et bonum quod agunt holocaustum est. sed quia flere ac semetipsos diuidicare nesciunt. seq; ex amore ad lachrymas non accendunt: p̄fectum eorum holocaustūz non est. **H**inc per psalmistam dicitur. **M**emor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuūz pingue fiat. **Ps. 19.** **H**olocaustū quippe siccam est bonum opus quod orationis lachryme non infundunt. **H**olocaustū vero pingue est quādo hoc quod bene agitur: corde humili etiaz per lachrymas irrigatur. **A**nde rursus dicitur. **H**olocausta medullata offeram tibi. **Ps. 65.** **Q**uisquis enī bonum opus agit: sed omnipotentis dei amore atq; desiderio flere nescit: holocaustum habet: sed medullam in holocausto nō habet. **Q**ui vero bona operatur: et visioni tam creatoris sui inhiat. atq; ad eterna contēplationis gaudia peruenire festinat. seq; ipsum ex amore quo accenditur in flentibus maciat: holocausta domino medullata dedit. **S**tudendū vero nobis est et mala funditus relinquere. et bona que suscipimus operari. atq; in ipsis bonis que agimus amore eterni luminis compigi. **I**psa se enim cordis tenebras discunt amoris



cle: vt subtilius videre valeamus. ne qua  
 in bonis que agimus praua misceantur.  
**C**onsiderandū nobis quippe est opus no-  
 strum quale sit. que cogitatio in opere. q̄  
 intensio in cogitatione. **E**t cum nostro bo-  
 no operi admixtū aliquid inalicie vel pra-  
 ue delectationis agnoscamus: redeamus  
 ad lachrymas. lauemus holocaustum.  
**S**unt autem quidā qui semetipsos in ma-  
 gnis actionibus domino deuouerūt. atq̄  
 ad tantam perfectionē perueniunt. vt ab  
 eis nulla vnquā difficultate flectant: qua  
 tenus in deliberatione castitatis nequaquā  
 caro in prauae cogitationis delectatōe ani-  
 mum sternat. **N**am et si quādo per sugge-  
 stionem pulsati: surgere non permittitur.  
 quia vigore iudicij calcatur. **I**n delibera-  
 tione quoq̄ paciētie nec sermo in ordina-  
 tus ab ore prodeat: nec dolor tacitus ani-  
 mum p̄inat. vt in largitate elemosyne nul-  
 la inopie suspitio tristitiā generet vt ī de-  
 liberatione humilitatis nullus despectus  
 animum mordeat. sed cum itaq̄ in his que  
 recte deuouerunt sese fortiter exhibēt: pri-  
 ora tamē peccata que ab ipsis ante bonā  
 deliberationē perpetrata sunt ad memo-  
 riam deducunt: et plangunt quicquid illi-  
 cite se egisse meminerunt. **H**i itaq̄ per vi-  
 tam quā tenent holocaustus sunt: sed per  
 vitam quam ante tenuerant inquinatus.  
**L**auant ergo holocaustum in ostio porta-  
 tum. quia intellectu quē percipiunt de vi-  
 ctis patrum lamentis se quotidianis affi-  
 ciunt. et mundant vitam lachrymis quas  
 prauis aliquando actibus inquinauerūt.  
**H**os itaq̄ inter hec ad vitam preteritam  
 mentis oculos reducimus. reminiscamur  
 qui fuimus: cum mundi huius cōcupiscē-  
 tias sequeremur. **E**t si iam domino toto  
 corde seruimus quia nos peccasse menti-  
 nimus: defugimus in fletibus: lauē hol-  
 ocaustum. **E**cce omnipotenti deo deu-  
 uimus castitatem nostram. **S**ed si adhuc  
 immunda cogitatio mentem inquinat: re-  
 deamus ad lachrymas: lauē holocau-  
 stum. **E**cce parientiam nos seruare decre-  
 uimus. **S**i adhuc ira perturbat: si men-

tem tacitus dolor excruciat: redeamus  
 ad lachrymas lauemus holocaustum. **E**cce  
 tam nouimus possessa tribuere: atq̄ in  
 hoc mundo humilem locum tenere. **S**i  
 qua adhuc animum inopie suspitio depri-  
 mit. si despectus **A**b:isti in aliqua nos in-  
 dignatione confundit: redeamus ad la-  
 chrymas: lauemus holocaustum. **M**agnus  
 est enim creatori nostro ad recipiens  
 dos fletus humillimū misericordie sinus.  
**U**bi enim innumerabiliū hominum fletus  
 suscepti sunt: ibi locū suum inuēture sunt  
 et lachryme nostre. **P**ensemus quid per  
 alium prophetam dicitur. **E**t erit qui of-  
 fenderit ex eis in illa die quasi dauid. et do-  
 mus dauid quasi dei: sicut angelus domi-  
 ni in conspectu eius. **I**ach. 12. **H**ec dies  
 misericordie que nobis de aduentu redē-  
 ptoris nostri promissa est. **Q**ui itaq̄ of-  
 fenderit erit quasi dauid. q̄a peccator ad  
 penitentiam redit. **D**omus autem dauid  
 quasi dei. quia reuerfus quisq̄ ad iustici-  
 am habitatio efficitur creatoris sui. vt sit  
 sicut angelus in conspectu eius. **Q**uia  
 misericordie viscera que in se expertus est  
 adnunciando et alijs propinat. **H**inc eti-  
 am paulopost illic dicitur. **I**n die illa erit  
 fons patens domus dauid habitantibus  
 hierusalem: in ablutione peccatoris et mē-  
 struate. **I**ach. 13. **F**ons quippe occultus  
 est vngentus patris: inuisibilis deus.  
**F**ons vero patens est idem deus incarna-  
 tus. **Q**ui fons patens recte domus **D**au-  
 uid dicitur. quia ex **D**auid genere noster  
 ad nos redemptor processit. **H**ierusalem  
 vero visio pacis interpretatur. **H**i autem  
 hierusalem habitant: qui in visione pacis  
 intime mentem figunt. **P**eccator vero  
 et menstruata est vel his qui delinquit in  
 opere: vel mens que labitur in praua co-  
 gitatione. **M**enstruata namq̄ ista por-  
 latio est. quia et aliena carne non tangit-  
 tur: et sua carne inquinatur. **S**ic itaq̄: sic  
 est omnis anima. que et si malum opus  
 non agit: polluta tamen cogitatione for-  
 descit. **U**nde etiam per prophetam as-  
 lum sub iudee specie de anima immundus



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

dis desiderijs occupata dicit: Omnes qui querūt eam nō deficient: in menstruis ei⁹ inueniēt eam. Maligni quippe spiritus querētes non deficiūt: cum inferre perditionē cupiūt: et nulle bone cogitatiois recititudine repellunt. Atq; in menstruis suis animā inueniūt: quādo in pollutis cogitatioibus positam: facile ad peruersam operationē trahūt. Dicit ergo. In die illa erit fons patens domus dauid habitātib; hierusalē in ablutiōe peccatoris et menstruate: quia apertus iā nobis est fons misericordie redemptor: noster: qui in domo dauid incarnari dignatus est: ut peccatorē lauet a peruerso opere: et menstruatā mentē deluat ab immūda cogitatioe. Patet igit fons: curramus cū lachrymis lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoq; dauid lotus est: cū redijt ad lamenta penitētie post maculas grauis culpe. Ip̄m quippe inuenire fontē querebat cū diceret. Redde mihi leticiā salutaris tui: et spiritu p̄cipali cōfirma me. ps. 50. Iesus em̄ hebraice latine salutaris dicit. Et quid est q̄ sibi leticiā iesu reddi postulat: nisi q̄ hūc ante culpā contemplari cōsueuerat: eiusq; cōtemplatiois gaudia in culpa perdiderat: Unde recte post penitentiā visionis eius leticiā sibi reddere querebat. In hoc fonte misericordie lota est Maria magdalene: que prius famosa peccatrix: postmodū lauit maculas lachrymis: deterisit maculas corrigēdo mores. Luc. 7. In hoc fonte misericordie omnibus apertō: lauit petrus qd̄ negauerat: qz fleuit amare. Mat. 26. In hoc fonte misericordie in fine suo lotus est lario qui se metip̄m in morte reprehēdēs a culpa sua ablatu; est cōfessione veritatis. Luc. 23. Cur igit pigri sumus: cur torpentes et frigidī remanemus: qui in hoc fonte pietatis tātos iam se lauisse cognouimus? Ergo ne in mūdatione nostra desperabim⁹: qui tot exēpla misericordie in pignore tenemus: et cessamus veniā querere: atq; cū lachrymis fiduciā habere: qui tanto laz emundationē spei nostre pignus accepimus.

Querere em̄ misericordie fontē debuimus: etiā si clausus esset. Patet et negligimus. Mittamus oculos fidei in mūdū vniuersum: cōsideremus quāti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordie lauant: quāti post tenebras ad lucē quanti post maculas ad mūdiciam redeūt. Curramus cū talibus post mortis tenebras ad aquā vite: cōfide remus: quantū peccauimus: quantū quotidie peccamus: atq; vt apparcamus mūdi post culpas lauemus holocaustū.

¶ **Explicit Omelia. XX.**

¶ **Incipit Omelia. XXI. que exponit litterā. XL. capituli ab illa parte. Et in vestibulo porte due mense hinc: et due mense inde: et vsq; ad illam partem in eodē capitulo. Et extra portaz interiorē gazaphilatia cantozū in atrio interiori et.**

¶ **Q**uid sumus de mysticis sensibus ezechielis p̄phete locuturi: qui ip̄a eius historie verba vix capimus? Ecce etenim dicit.

¶ **Et in vestibulo porte due mense hinc: et due mense inde: vt imoletur super eas holocaustū: et pro peccato: et pro delicto. Et ad latus exterioris quod ascendit ad ostium porte que pergit ad aquilonē due mense. Et ad latus alterum ante vestibulū porte due mense. Quattuor mense hinc: et quattuor mense inde per latera porte. Octo mense erant super quas immolabāt.**

¶ **In quibus videlicet verbis magna calligo dubietatis oritur: vtrū hec de vna porta**



qualibet: an de duab<sup>9</sup> aut de singulis por-  
tis dicatur. Sed dum quaterne mense p  
latera describunt ac postmodū in summa  
cōclusionē dicunt. octo mense erant: super  
quas imolabant. pater quia hoc spiritus  
non de singulis portis quis superius des-  
cripserat dicat. Quia si porte sex superi<sup>9</sup>  
enarrate quaternas mēsas per latera ha-  
berent: simul omēs nō octo sed quadra-  
ginta et octo discernent. Rursum si hoc d  
vna dicitur: magno obstaculo nostra itel-  
ligentia reuerberat. q post. descriptū por-  
te vestibulū: ubi due mense hinc et due in-  
de esse narrate sunt: adhuc ad latus exte-  
rius qd ascendit ad ostiū porte que pertin-  
git ad aquilonē due mense esse memoran-  
tur. atq; subiungitur. Et ad latus alteruz  
ante vestibulū due mēse. Si enim itra ve-  
stibulū porte bine per latera mense erant  
cum subditur: et ad latus exterius due mē-  
se: atq; ad latus alterū ante vestibulū due  
mense: inter quas etiā porta que respicit  
viam aquilonis esse memorat: pfecto pa-  
ter aliud vestibulū intrinsecus atq; aliud  
extrinsecus fuisse. quia et prius porta inte-  
rior et postmodū hoc in loco exterior: aq-  
uilonis porta describitur. Hā cum tres por-  
tas superioris descripsisset: tres quoq; ali-  
as interioris atrij esse memorauit. quaruz  
extremam aquilonis portā narrauerat: s;  
vt predictū est atrij interioris. Hūc ergo  
cum due mēse hinc in porte vestibulo: et  
due mense inde describunt: adhuc de ea-  
dem interiori porta sermo pterit. Quis-  
pe cū p̄tinus subinferet. q; ad latus exte-  
rius qd ascēdit ad ostiū porte que p̄tingit  
ad aquilonē due mēse. et ad lar<sup>9</sup> alterū an-  
te vestibulū porte due mēse. Porta ergo  
interior binas p latera in vestibulo mens-  
sas habere descripta est. et porta exterior  
similiter binas. Quattuor autem hinc et  
quattuor inde mēse pariter sūt: dū p late-  
ra singula bine in vestibulo porte interio-  
ris: et bine hinc et inde exterius in aquilo-  
nis porta describunt. que simul oēs octo  
fun t in quibus imolatur. His itaq; de ex-  
teriori narratione discussis, ad spiritalem

intellectū sermo redeat. quia tanto is no-  
bis interioris esse largiente domino facti-  
lior debet: quāto nos exterioris descripti-  
onis ignorātia non angustat. Possunt ete-  
nim portarum nomine sicut superius dis-  
critum est sancti predicatorum intelligi: ve-  
stibulum porte sit populus. Qui dum  
mente humili verba predicationis susci-  
pit: in eo mense ad sacrificiū ex virtute cō-  
struantur. Rursum. nihil obstat si portas  
accipimus hoc qd nobis per ora predica-  
tium sacri eloquij intellectus aperitur: vs  
vestibulum porte eiusdem nobis predica-  
tionis verba sint que prius humiliter ac-  
cipimus: et post ad sacri eloquij intelligē-  
tiam veniamus. Sit itaq; nobis porta in-  
terior testamenti nouum. porta vero ex-  
terior testamentū vetus. quia et hoc spirita-  
lem intellectū aperit: et illud rudibus ad-  
huc mētibus in historia sacri eloquij litte-  
ram custodit. Habet autem porta interior  
in magna iam multitudine fidelū popu-  
lorū duo latera. videlicet dilectionē dei:  
et dilectionē proximī. Bine autem mēse  
sunt hinc et inde. quia in dilectōe deī ne-  
cessario tenenda est fides et vita. In dile-  
ctione autē proximī debet sūmperre paci-  
entia et benignitas custodiri. Est enim in  
dilectōe dei necessaria fides et vita. qz vī  
delicet scriptū est. Sine fide impossibile  
est placere deo. Heb. 11. Et rursus scrip-  
tum est. Fides sine operibus mortua est.  
Iacobi. 7. Est autem in dilectione proximi  
nobis patientia et benignitas conser-  
uanda. quia de eadem dilectione scriptuz  
est. Caritas patiens est: benigna est.  
1. Cor. 13. Patiens scilicet vt illata a p-  
ximis mala equanimiter portet. Benig-  
na autē vt sua bona proximis desiderabiliter  
impendat. Habet quoq; porta exteri-  
or videlicet lex duo latera. spirituales pas-  
tres: et carnalē populum. In quibus sin-  
gulis bine mense sunt. quia habet in spiri-  
talibus patribus doctrinā et prophetiam  
habet in carnali populo circūctionem et  
sacrificiū. In his itaq; octo mensis im-  
molatur. quia quicquid fides credit. quic



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

quid vita in exemplo boni operis ostēdit  
quicquid patiētia humiliter tolerat. quic  
quid benignitas largiter ministrat. quic  
quid doctrina salubriter docet. quicquid  
propheta in posterū premonet. quicquid  
circūcisio ad mandatum exterius ligauit.  
quicquid sacrificium ex deuotione offerē  
tis egit. In omnipotentis dei oculis hoc  
esse victimā ostendit. In lege enim etiam  
per carnale sacrificiū quid aliud populus  
nisi deuotionem sui cordis imolabat? No  
tandum vero quod quattuor mense solūmo  
do ad holocaustū fuisse memoratur: quas  
videlicet vestibuli porte interioris accipi  
mus. ut de reliquis quattuor sentiamus  
que ad sacrificium cōstruite fuerant: non  
ad holocaustum. Holocaustū enim (sicut  
precedenti iam locutione professus sum)  
totum incensum dicitur. Et lex quidē de  
us ac proximū diligere diuina mandata cus  
todiri precipit. ab alienarū rerum concu  
piscencia compefcit: non tamē omnia di  
mitti iubet. In testamēto autē nouo nos  
veritas contestatur: dicens. Nisi quis re  
nunciauerit omnibus que possidet: nō po  
test meus esse discipulus. Luce. 14. Et  
quod iterum dicit. Qui vult post me venire  
abneget semetipsum. Luce. 9. Mense er  
go interioris porte holocaustū habent. quia  
in virtutibus testamenti noui quasi per ho  
locaustum omnia incendimus: quādo om  
nibus que huius mūdi sunt renunciamus.  
Mense vero porte exterioris sacrificium  
habent: sed holocaustum non habent: quia  
precepta legalia decimas offerri iubēt: sed  
dimitti omnia non iubent. De interioris  
autem vestibuli quattuor mensis dicitur.  
ut imoletur super eas holocaustū et pro pec  
cato: et pro delicto. Hoc etenim inter pec  
catum et delictum distat. quod peccatum est  
mala facere. delictū vero est bona derelin  
quere. que sūm opere sūt tenēda. Vel cer  
te peccatū in ope est delictū in cogitatioe.  
Beate ergo interioris porte quattuor mē  
sis imolatur holocaustū et pro peccato: et  
pro delicto. quia quicquid potuerit hoc se  
culi sensu pleniter continere. et uerelū

quens omnia semetipsum dño holocau  
stum dare: ipse las pfecte nouit et peccata  
operis plangere: et peccata cogitationis.  
vel quod malum fecit: vel quod debuit facere  
bonum quod non fecit. Qui etenim totum di  
misi: culpas suas in steribus iam liberi  
conspicit. Cūq; eius mentē terrena cura  
non prepedir: pro opere simul et cogitatio  
ne plangendo mentem suam omnipotentis  
domino: quid aliud quod holocaustū dedit.  
Neq; hoc a ratione videtur extraneū quod  
propheta cū latus exterius diceret: et ostē  
dit porte nominaret addidit. que pgit ad  
aquilonem. In exteriori enim custodia lie  
tere lex data tenebatur. Ostiū vero porte  
est ipse historicus intellectus legis: qui ad  
dñi timorē ducit. Que porta ad aquilo  
nem pergere dicitur. quia lex eadē sub ti  
more mortis frigida iudaici populi corda  
constrinxit. Quasi enim per calorem ille  
populus curret: si precepta diuina ex amo  
re seruasset. Sed quia sub timore mortis p  
posite litteram custodiuit: quasi in torpo  
re frigoris remansit. Unde nouis popu  
lis eterna premia amantibus: non autē tē  
poralia tormenta timētibus atq; iam calē  
tibus dicitur. Non accepistis spiritus ser  
uitutis iterum in timore: sed spiritum ad  
optionis in quo clamamus: abba pater.  
Roma. 8. Dicitur autē. quattuor mense  
hinc et quattuor mense inde per latera por  
te. Dum enim fides et vita: doctrina et p  
phetia in bonorum mentibus custoditur:  
porta nostra. i. intellectus sacri eloquij  
quattuor ex latere mensas habet. Cumq;  
in proficientibus populis sancta predica  
tio patiētia et benignitate seruat: que per  
in carnalibus circūcisionem et sacrificium  
custodiunt mense quo: per quattuor quasi  
ex alio latere monstrantur. que simul oēs  
octo ad imolandū sunt. quattuor videli  
cet interiores ad holocaustū. quattuor ve  
ro exteriores ad sacrificium. Quia et hi qui  
in sancta ecclesia fidem. vitā. patientias.  
atq; benignitatem custodiunt: sūm las p  
culdubio virtutibus pollent. Et hi qui in  
synagoga doctrinā et prophetiam: circū



effusionem et sacrificium cognouerunt: alia offerendo: atque sibi metipsis alia retinendo deuotionis viciniam omnipotenti domini no dederunt. Sed quia superius dictum est iccirco mentas quatuor interioris vestibuli constructas: ut imoleretur super eas holocaustum et pro peccato: et pro delicto. Unde mense ipse constructe sint: inferius aperitur cum subditur.

**Quattuor autem mense ad holocaustum de lapidibus quadris extracte.**

Quos enim hoc loco lapides quadros accipimus: nisi quoslibet sanctos: quorum vita in prosperitate atque aduersitate nouit fortiter stare. Lapis etenim quadrus eque stat: in quocumque latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extolitur: in aduersitate non frangitur. suasionibus ad malum non trahitur: vituperationibus a bono ope non reuocatur: lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet: qui casum in qualibet permutatione non habet. Erte cum iudeorum populum prophetam a fide perire cognosceret: et sanctos apostolos surgere in ecclesia prouideret. per quos multi sunt ex gentibus in fidei et vite fortitudine solidati: in magna consolatione locutus est dicens. Lapidem ceciderunt: sed quadris lapidibus edificabimus. **Esai. 6.** Adhuc quippe in sancta ecclesia apostolos. martyres. atque doctores surgere: de lapidum casu. scilicet de iudeorum perditione minus doluit. quia omnipotentis dei edificium. scilicet sanctam ecclesiam de quadris lapidibus prosperit. Mense ergo quatuor de quatuor lapidibus construuntur. quia fides et vita patientia et benignitas de vita sanctorum in exemplum date sunt sequentibus populis: ut in vestibulum mentas habeat. Virtutes vite populum teneat: in quibus omnipotentis dei orationis sacrificium in ara sui cordis incendat. Quicquid enim boni fideles sancte ecclesie populi vel fecerunt vel faciunt. hoc in exemplo de predicatorum suorum vita susceperunt. Unde enim mentas hoc vestibulum haberet: nisi quadros lapides inuenisset. Et enim

unum de quadris lapidibus breuiter ad mensam deducamus. vultis fratres charissimi finem videre. Mibi viuere christus est et mori lucrum. **Phil. 1.** Vultis vitam cognoscere. Mibi mundus crucifixus est et ego mundo. **Gal. 6.** Vultis patientiam audire. Usque in hac horam et esurimus et colaphis cedimus et instabiles sumus et laboramus operantes manibus nostris. **1. Cor. 4.** Maldicimur et benedicimus. persecutionem patimur et sustinemus. blasphemamur et obsecramus. **Ibidem.** Vultis benignitatem cognoscere. Ego autem libentissime impendam: et suppendam ipse pro animabus vestris. **2. Cor. 12.** Ac ne forsitan credamur quis eorum pro quibus impendi desiderat desinit: fuerit: mox ad eosdem discipulos subiungit: dicens. Licet plus vos diligam: minus diligar. **Ibidem.** Cum ergo a populo fideli ad imitandas virtutes sanctorum predicatorum vita cognoscitur: profecto in vestibulo de quadris lapidibus mense construuntur. Habuit vero et synagoga spirituales patres in doctrina atque prophetia: ex quibus exemplum vite in virtutibus traheret. Sed rudis etus populus magis per timorem seruientis quam per amoris sequens vitas patrum noluit imitari quas vidit. atque ideo porta exterior que ad aquilonem pergit: mentas non habet ad holocaustum. Sed quia hec moraliter diximus: restat adhuc ut easdem mentas per intelligentiam typicam perferentemur. Porta etenim nostra in interiori vestibulo quattuor mentas habet. quia sancta ecclesia ad eruditio nem fidelium populorum: quattuor regentium ordines accipit. quos paulus ex dono omnipotentis dei enumerat: dicens. Ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios vero euangelistas. alios autem pastores et doctores. **1. Cor. 12. 2. Ephe. 4.** Pastores vero et doctores unum regentium ordinem notat. quia gregem dei ipse veraciter pascit quod docet. Habuit quoque et porta exterior: mentas quattuor. quia videlicet synagoga obsecrat: quia exterioris obseruantiam per principes sacerdotum et seniores populi: per scribas



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

has atq; phariseos tenuit: qui scilicet pharisei etiā legis doctores vocati sūt. Siue autē exteriori seu interiori porte due mense hic sūt: et due inde: q; in exordijs suis sancta ecclesia apostolos et prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerant: sed eos qui in sancta ecclesia post apostolos sunt exorti: posteriori quoq; tempore quod nūc est habet, euangelistas: atq; doctores. Quia vero euangeliū bonum nunciū dicitur: euangelistas utiq; appellamus qui rudibus populis bona patrie celestis annuntiant. Qui videlicet euangeliste atq; doctores et priorū quidē tempore fuerunt: sed et nūc vsq; domino largite permanēt: quia adhuc quotidie et infideles populos ad fidem trahi: et fideles quosq; in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Ap̄ti vero et pphete ab hoc tempore presentibus sublati sunt: atq; ideo dicimus: quia mense he porte nostre: id est sancte ecclesie quasi in alio latere fuerūt. Habet et porta que pergit ad aquilonem duas mensas hinc: et duas inde: eosdem quos diximus principes sacerdotū et seniores populi in maiori auctoritate regiminis: scribas quoq; et phariseos qui rudi illi populo minori loco presuerūt. Sed he mense iuxta portā sunt que ad aquilonē pergit: quia cum quattuor isti ordines populo preessent: synagoga in persecutiōe redemptoris nostri se ueniens: ad torporem perfidie prorupit. Due tamen mense habuerunt sacrificiū quod iuxta solam litteram tenuerūt: unde et ad torporem frigoris lapsi sunt: quis flamma spiritus succēsi non sunt. Interiores autem mense holocaustum nō habent: quia siue in cordibus apostolorū atq; prophetarum: seu in mente euangelistarū atq; doctorum agnis spiritus et arsit et ardet. Qui pro eo q; omnem eorum cogitationē in bono opere assumit flamma amoris dei quasi holocaustum simul quod inuenit incendit. Holocaustum enim offerunt: qui siue in bono opere seu in sancta cogitatione medullis

tus accendūtur. Mense vero he ex quadris lapidibus facte sunt: quia dum quotidie sacri eloquij in suis cordibus uerba meditantur: ad offerendū domino ozario nis holocaustum quasi ex quadris lapidibus construūtur. Verba etenim scripturę sacre lapides quadri sunt: qui ubiq; stant: quia ex nullo latere reprehensibilis inueniūtur. Nam in omne quod preteritum narrat: in omne quod venturum adnuntiat: in omne quod moraliter predicant: in omne quod spiritaliter sonant: quasi in diuerso latere statū habent: quia reprehensionē non habent. Corda itaq; sanctorum mense dei sunt ad holocaustū ex quadris lapidibus cōstruere: quia qui uel uerba semper cogitant: semetipsos domino a carnali uita in cogitatiōe maciāt. Unde scriptum est. Rex dei eius in corde ipsius: et non supplantabunt gressus eius ps. 36. Et unde rursum dicitur. In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi. ps. 118. Sed quia mense he uis de sint cōstruere cognouimus: etiam cuius mensure sint audiamus. Sequit̄.

**P** Longitudinem unius cubiti et dimidij: et latitudinem cubiti unius et dimidij: et altitudinem cubiti unius.]

**H**unc locum quidam exposuit dicens: Longitudinē et latitudinē habet mensa unū cubitum et dimidiū: id est per quadrum: que simul iuncte tres cubitos faciunt. Qui tres cubiti habent in altitudinem cubitum unū: ut mysteria trinitatis unū cubiti: hoc est diuine maiestatis mensura conseruet. Qui videlicet sensus expositiōis iccirco non potest stare: quia in illa summa trinitate que omnia creauit: omnia continet: dimidiū nihil est: nec ex duobus dimidijs aliquid unū. Neq; em̄ quicq; imminutiōis ac decisiois habet illa substantia: que semper in cōmutabilis manēs nec detrimentū recipit: nec augetur. Sepe autem diximus longius



dinem ad longanimitatē spei: latitudinē vero ad charitatis amplitudinē pertinere. **M**ense ergo que ad holocaustū construete sunt longitudine cubiti vnus ⁊ dimidij metiuntur: quia sancti patres atq; doctoroz qui se longanimitate ad secreta spei intime extendunt: per hoc quod in virtutibus viuūt: quantum ad humanam quidem mensurā pertinet valde perfecti sūt: quantum vero ad diuina mysteria que plene ab homine capi nō possunt: quādiu in hac mortali carne subsistit: perfecti non sunt. **I**n femetipsis ergo iam cubitum habent. **I**n deo autem adhuc cubitum nou habent: quia iam quidem in virtutibus plene proficiūt: sed tamen aliquid de deo adhuc ex parte agnoscūt. **E**cce iterum in mensura mense ad testimoniū paulus occurrat. **V**ideamus an eius vita cubito integro mēsuratur. **D**icit enim. **Q**uotquot perfecti sum? hoc sapiamus. **P**hilip. 2. **V**ideamus si in his que de deo sentit: iā se ad percipiēda mysteria perfecte tetenderit. **E**go me non arbitror comprehēdisse. **Q**ui rursus ait. **E**x parte cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. **P**hilippen. 3. **Q**ui iterum dicit: **H**unc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. **I**bidē. **S**i ergo perfectus est et ex parte cognoscit: cubitum habet quantum ad se: sed tamen dimidiū super se. **T**endantur ergo in longanimitate spei corda sanctorum: tendant in perfectiōe quam habent cubito vno. **S**ed quia adhuc plene videre non possunt: vbi spei oculum mittunt: hoc quod super vnū cubitum habēt in dimidio cubito recidatur: quatenus in hac vita semper se imperfectos aspiciant: ⁊ ardentius ad perfectionem currant. **H**abent quoq; mēse latitudinem cubiti vnus ⁊ dimidij: quia sanctorū corda in charitatis amplitudine dilatata iuxta proximum quem diligunt ⁊ vident habent cubitum. **P**ossunt em̄ perfecte diligere: quos perfecte valent iuxta aliquid scire. **O**m̄

nipotentem vero deum medullitus diligunt: medullitus sequuntur: sed tamen tantum diligere non possunt quantum debent: quia adhuc non valent videre quē diligunt: et mensura amoris minor est: vbi adhuc mensura minor est cognitio nis. **S**uper vnum ergo cubitum habent et dimidium: quia hoc eius iam in amore integrum est: quod valde minus est in charitate cū primo: atq; illud quod eis valde mai⁹ est adhuc in amore dei quē nō vident integrum non est. **D**e hoc amore qui hic incipitur vt ex visione domini in eterna patria perficiat: recte etiam loquitur dicens: **V**iuūt dominus cuius ignis est in syon: ⁊ camin⁹ eius in hierusalem. **E**sai. 31. **P**lus est autem camin⁹ esse ⁊ ignē. **Q**uia esse ignis ⁊ paru⁹ potest: in camino autem vastior flamma succenditur. **S**yon vero speculario: hierusalem autem visio pacis dicitur. **P**acem vero nostram hic interim specularum: vt illic postmodū plene videamus. **E**x amore ergo domini in syon ignis: in hierusalem caminus: quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus vbi de illo aliquid contemplamur. **S**ed ibi plene ardebimus: vbi de illo plene videbimus quē amamus. **A**ltitudo vero mensurarum est cubiti vnus. **Q**ue est enim altitudo sanctorum: nisi fides inuisibiliū. **P**er fidem enim creditur quod nō videtur: atq; ideo per hanc iustorum mensa ad altitudinem ducitur: vt cūcta visibilia despiciat in terra: et ea que audit inuisibilia sequatur in celo. **S**ed vnum cubitum habet altitudinense: quia vnitas est fides in corde omnium sanctorum. **Q**uā deum esse trinitatē ⁊ patres testamenti veteris: ⁊ predicatorum professi sunt testamenti noui: altitudo itaq; mensurarū nil vno cubito amplius: nil minus habet: quia in magna sibi vnitate concordat omnium fides patrum: sed hi qui iam in longanimitate spei sumus: vni⁹ virtutibus proficientes: vnū ⁊ dimidium cubitum habent: atq; in latitudine charitatis vno ac dimidio cubito metiuntur



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

tur: in altitudinem vero fidei vno cubito excrefcit: et summa admiratioe magni sunt venerandi. Debent ergo paruulorum anias in sinu sue conuersationis suscipere: atque eas in conspectu domini velut quoddam holocaustum ac sacrificium offerre. Unde aperte sequitur.

**Super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum et victima.]**

Quid enim sunt anime fidelium: nisi vasa sancta que verba pietatis capiunt: ut ex eorum mentibus holocaustum vite atque orationis immoletur? Hinc est enim quod paulus cum adhuc rudis esset in fidei vocatioe: quia iam domini verba perceperat: et celesti gratia plenus erat: vas appellatur cum dicitur Vas electiois mihi est. Actuum. 9. Hinc pastores atque doctores prophetarum admonet dicens Mundami qui fertis vasa domini. E saie. 52. Ipsi enim quasi mense domini vasa portant: qui vitam fidelium erudiendo tolerant: ut quandoque hanc domino ad holocaustum et sacrificium perducant. Sed neque hoc negligenter intuemendum est: quod in eisdem vasis holocaustum et victima dicitur immolari. Holocaustum enim sicut et superius diximus victima est: non tamen victima semper holocaustum: quia cum quid ex parte offertur: et ex parte retinetur sacrificium quidem est: sed holocaustum non est. Sunt vero in multitudine magna fidelium alij: qui que mundi sunt omnia relinquunt: circa que possident tribuunt: nihil sibi metipsis referunt: ad eternam patriam medullitus anhelant: sequi ex toto corde in lachrymis marcant. Hi videlicet vasa super mensam sunt: in quibus immolatur holocaustum. Et sunt alij qui curam proprie domus gerunt: de filiis cogitant: eiusque hereditatem seruant: qui tamen eterni iudicij memores: misericordiam pauperibus impendunt: alimenta ac vestimenta eis ex parte qua decreuerint tribuunt: hi nimirum vasa super mensam sunt in quibus victima immolata est non holocaustum. Quia enim patientia et doctrina sancto-

rum admonendo et sustinendo seruando atque terrendo aliorum corda usque ad hoc erudiunt ut omnia deserant: et totos se in amore domini accendant: aliorum vero ad hoc usque instruunt: ut quod omnia relinquere non valent vel ex parte qua preualent misericordes fiant: et carnis curam cum anime cura partiant. Dens domini de quadris lapidibus instructe vasa portant: in quibus immolatur holocaustum et victima. Quia et perfecti sicut dicitur est cum omnia deserunt: totum cor in amore domini accendant: et imperfecti sacrificium offerunt: quod ex parte deuenerunt. Sequitur.

**Et labia eorum palmi vnus: reflexa intrinsecus per circuitum.]**

Quid est hoc quod mensarum labia palmo metiuntur: nisi quod in palmo manus tendit: et sancti patres atque doctores ea predicant in quibus auditorum opera tendunt? Quasi enim manus extendimus: cum opera nostra dilatamus. Loquatur ergo vnusquisque doctor: cor audientis exercet: ociosorum torporum excutiat. Quos domini ad bona opera tendentur: palmum se habere labijs ostendit. Pensandum quoque quod in palmo digitus maior ac minimus tendit. Quid vero in maiori ac minimo digitus: nisi magna extrema actio designat? Palmum ergo mense in labia habebat: quatenus in doctorum suorum predicatioe auditorum euigilet. Et sic ex eorum admonitioe magna opera faciat: ut agere et minima non omittat. Sic minimus intus sit: ut piger in agendis moribus non sit. Unde per euangelium veritas dicit: Ne uobis scribe et pharisei hypocrite: quod decietis mentem et animum et cimum et relinquitis que grauiora sunt legis. Iudicium et misericordiam et fidem oportuit facere: et illa non omittite. Mat. 23. Per iudicium quippe et misericordiam et fidem: maior digitus operatio ostendit. Per mentem vero et animum et cimum: digitus proculdubio minimus figuratur. Hec ergo oportuit facere et illa non omittite: quod si opus nostrum palmum metiri volumus: sic necesse est ut tendat minimus quatenus maior digitus non attrahat. Be-



ne aut cum mensarū labia mensurunt: et in mensura palmi dicitur addit unius: ut ex doctore predicatio sicut vnitas tenet in fide: itaque quod vnitas mentium seruet in opere: ne per opus bonū quod alter agit: alter ad discordie malū prorūpat. Ita etiā bona facere opa debemus ut per hec quoque cū his cū quibus viuimus: vnanimitatē recte ut possumus cōseruemus: id est nō deserēdo quod agimus: sed pueniēdo bonis per suā fōibus malū discordie quod timemus. Sic in suis opibus vnitatē palmi custodiens paulus discordiā generari p̄hibebat: cū quendā lapsus atq; ab ecclesia abiectū iā velle recipere corinthios videret dicēs: Si cui aliquid donastis et ego. Nam et ego si quid donauī p̄pter vos in persona xp̄i: ut nō circūueni amur a sathana. 2. Corint. 2. Qui videlicet solet de bonis mala generare: et hoc quod per caritatē agit ad discordiā trahit. Unde et mox de ip̄o subiecit dicens: Non enim ignoramus cogitationes eius. Ibidē. Doctor aut qui per bona que p̄dicat in suis auditoribus rectā opationē format: si mētes opantiū ad vnanimitatē nō ligat: in labijs palmi habet: sed eā (que dicta est) palmi vnitatē nō habet. Pensantū vero est valde: quod dicitur: quia eundē mensarū labia interi⁹ sunt reflexa. Tunc enim mensarū labia intrinsicus reflectunt: quā doctores ad p̄scientiā reuocāt tacita cogitatione quod dicitur: quā semetip̄os subtiliter p̄seruat si faciūt quod loquūt. Recte autē cū reflexa intrinsicus mensarū labia dicuntur: ad id quoque per circuitum: ut non in vna qualibet se parte cōsiderent: atq; ex alia semetip̄os perp̄dere p̄termittant: sed vbique semetip̄os inspiciant: et in quantum p̄ualēt studeant singula opera implere que docent: ne si predicātes facere bona dissimulant: sui vastatores sint cultores alieni. **D**octor: ecce iam mensas: iam vasa portas: iam in vasis fidelib⁹ p̄odus holocausti et vicime sustines: sed intus reflecte labium: id est ad cor reuoca sermonē. Audi quod dicitur: operare quod predicās. Si enim negligis implere que doces:

alij messes seminas: et ip̄e frumētū participatiōe ieiunas. Unde scriptū est. **F**uius messes famelicus comedit. Job. 5. **M**esses quippe doctoris qui bona loquitur: sed non operatur: famelicus comedit: quia is qui panē iusticie esurit operatur mādāta que audit: et fructū non habet qui seminādo laborauit. Hinc salomō ait **A**bscondit piger manū suā sub afella: nec ad os suū porriget eā. Proverb. 19. **N**emo ita piger est ut ad os manū comedēdo reducere laborē putet. Sed piger nec ad os manū suam porrigit: qui nec hoc vult operari quod dicit: Hinc iterū de bene docētibus et male operātib⁹ dicitur: Filij effraim intendēt arcūs: et mittentes sagittas cōuersi sunt in die belli. ps. 77. **I**ntendūt arcum atq; sagittas mittūt: qui scripture sacre scripturas proponūt: et verbis rectis auditorum vicia feriunt. Sed conuertitur in die belli: quia post semetip̄os redeunt in temptatiōe viciozū et pectus operare non volūt: quia in temptatiōnū certamine non resistūt. Hinc iterum dicitur: **A**uertisti adiutorij gladij eius: et non es auxiliatus ei in bello. ps. 88. **G**ladius quippe doctoris est sermo dei. Unde per paulum dicitur: **E**t gladiū spiritus: quod est verbum dei. Ephes. 6. **S**ūmipotens itaq; deus cū doctorem respicit nolle operari que dicit in die belli adiutorij eius gladium auertit. Quia in temptatiōnū certamine non permittit ei esse in adiutorij doctrine verba que dedit. **H**abet igitur gladium: sed hunc in bello non adiuuat: quia cum aduersitas temptatiōis erupit: verbi obliuiscit quod dicebat: **E**cce enim de patientia forsitan sermo doctoris est doctrine sue magisterio docere cogitur: qualiter contra illata damna: contra auditas contumelias patientia seruetur. Sed cum ip̄e vel damno vel contumelia fuerit laceffit oblit⁹ quod docuerit: vel in lesione pximi: vel in reddendo grauius contumeliam excedit. **I**ter hec itaq; cogitet qui a mensa dei est: labij intus reflectat: seruet quod predicat. **S**criptū



## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

